DISSERTATIONEM JUR. PUBL.

DE

ELECTORATU SAXONIÆ FRIDERICO BELLICOSO JURE MERITOQUE COLLATO,

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDULTU

PRÆSIDE

D. JO. BURCHARDO MENCKENIO,

REG. MAJ. POL. CONSILIARIO ET HISTORIOGRAPHO, SOCIETATIS REG. BRITANN. SOCIO ET HISTOR. PROF. PUBL.

PRÆCEPTORE SUO OMNI HONORIS GENERE PROSEQUENDO,

ERUDITORUM EXAMINI

DIE XIV NOV. A. M D CC IX

IN AUDITORIO JCTORUM

SUBMITTET

AUTOR-RESPONDENS

JO. GEORGIUS DE PONIKAU, EQV. LUS.

LIPSIÆ,

LITERIS JO. SAM. FLEISCHERI.

93

Digitized by Google

CAP. I.

De Saxoniæ Regibus, Ducibus & Electoribus usque ad FRIDERICUM BELLICOSUM.

§. I.

SAxones, nationem bellicoſam, aliquot Seculis ante & poſt natum Salvatorem nunc Regibus nunc Ducibus paruiſſe, memorat *FABRICIUS Lib. I Sax. Illuſtr.* & ex eo Autor **des Sächſiſchen Helden-Saals** *p.57.* An autem Alberto Cranzio aliiſque rerum Septentrionalium Scriptoribus, qui MCC annis ante Chriſti nativitatem Juthonis Saxonici Principis mentionem faciunt, fides ſit adhibenda, haud facile dixerimus. Nimis certe ſuſpectus eſt Hunibaldus a Voſſio, Pontano aliiſque dudum exploſus & a Struvio inter doctos impoſtores ſuo merito relatus, qui annis ante Chriſtum LXXX Artharium ſive Hardericum Regem Saxonum, Hamerum Thuringorum, Caſſandrum Sicambrorum, contra Borbiſtam Gothorum Regem arma conjunxiſſe illumque ſuperaſſe fingit. Incerta quidem Hiſtoriæ Saxonum ſunt monumenta, quippe quibus olim, ut omnibus Germaniæ gentibus, magis facta cedro

94
Digitized by Google

digniſſima edere, quam Scriptis conſignata poſteris tradere ſolenne erat. Quod non immerito conqueritur Dominus *DE ZIEGLER* im Hiſtoriſchen Labyrinth der Zeit *pag. 48.*

§. II.

Quæ cum ita ſint, reliquorum Saxoniæ Ducum Regumque nuda nomina vel vitas fabulis repletas adjicere dubitamus. Quas noſcendi ſi quis forſan flagret deſiderio, evolvat ſupra dictum *FABRICIUM*, den Sächſiſchen Helden-Saal, *ZIEGLERI* Labyrinth aliosque tum Romanos, tum rerum Septentrionalium Scriptores, apud quos ſparſim illorum occurrit mentio. Solus notatu dignus videtur Hengiſtus, qui a Britannis circa annum Chriſti 449 contra Scotos in auxilium vocatus, Scotis victis & ſubactis, gentem, quæ antea ad fidem & præſidium ejus confugerat, bello aggrediebatur, omnemque fere Angliam ſub poteſtatem redigebat. Vid. Scriptores Anglos, & imprimis *Chronicon Regum Anglorum a DANIELE LANGHORNIO* Londini 1679 8 editum, quo res ab Hengiſto usque ad Heptarchiæ finem deſcribuntur. Ceterum ſunt, qui Principes Saxoniæ ab Harderico ad Wittekindum usque non interrupta generationis ſerie connectunt. Verum cum hæc opinio documentis fide dignis deſtituatur, nemini eandem obtrudi poſſe arbitramur.

§. III.

Propius ad veritatem accedit FRIDERICI BELLICOSI, de quo nobis in hac Diſſertatione imprimis ſermo eſt, Genealogia WITTEKINDO deducta, quæ quo modo cum Imperatoribus Saxonicis cohæreat, ſequens docet Tabula:

Witte-

Digitized by Google

Wittekindus † 807. Uxor I Geva e Dania,
II Svata e Bohemia.

Wigbertus I † 825.	Wittekindus II † 825.
Bruno † 843.	Dietgremus.
Ludolphus M. † 859.	Dietericus I.
Otto M. † 916.	Dedo † 1009.
Henricus Auceps † 936.	Dietericus II.
Otto I † 973.	Thimo † 1115.
Otto II † 983.	Conradus † 1156.
Otto III † 1002.	Otto dives † 1189.
	Dietericus III † 1222.
	Henricus Illuſtris † 1287.
	Albertus degener † 1314.
	Fridericus admorſus † 1325.
	Fridericus ſtrenuus † 1380.
	Fridericus gravis † 1349.
	Fridericus Bellicoſus † 1428.

Non ignoramus diſſentire nonnullos de tribus vel quatuor generationibus a Wittekindo II deſcendentibus. Inſerunt nonnulli poſt Wittekindum II Fridericum & poſt Dietgremum Dietmarum, qui collateralibus verius quam deſcendentibus accenſendi videntur. Atque his forte rationibus motus Dn. *GIOVANNI*, Germ. Princip. pag. 28 de Hiſtór. Sax. hu-

Google

hujus ſtemmatis integritatem in dubium vocavit. Enimvero ſi ea Genealogia nobis ſuſpecta eſſe debet, in cujus perſonis enumerandis Autores modice differunt, quanto ſuſpectior foret illa, cujus origo plane ignoratur, ſicut ipſe Dn. *GIOVANNI* de Auguſtiſſima Familia Brandenburgica commemorat, cum non ſatis cognitum habeat, an originem Colonnenſibus, an Gvelphis, an vero Habsburgiæ ſtirpi debeat.

§. IV.

Id quidem lubentes Dn. *GIOVANNI* largimur, quod ut *Hiſt. Boruſſ. p. 2* inquit, jam olim antiquitatis argumentum ſit habitum, *origines neſciri.* Aſt an idem indubitatum illuſtrium natalium ſignum fuerit, dubitamus, ſiquidem *TACITUS,* Romanæ Hiſtoriæ Princeps, *in Vit. Agric. cap. I* clarorum Virorum facta moresque poſteris tradere antiquitus uſitatum fuiſſe aſſerit. Nec reperitur facile ullus ex antiquis Heroibus, qui non de majoribus inveſtigandis fuerit ſollicitus, etſi alii Herculem, alii Æneam, alii neſcio quem mentiti ſint generis autorem. Sed quid opus eſt Sereniſſimæ Saxonum Familiæ Majores, quos antiquitas ſuſpectos facit, affingere, cum natalium Auguſtæ Domus ſplendor tantus ſit, ut multi Reges Principesque gloriæ ſibi ducant ejusdem cum ipſa eſſe originis? Nec putet quisquam, nos, licet ſupra ſuſpectam nobis eſſe illorum opinionem, qui genus Wittekindi ab Harderico derivant, faſſi ſimus, arbitrari ideo ex ignobili ſtirpe hunc ultimum Saxoniæ Regem oriundum fuiſſe; quin potius firmiter e contrario nobis perſuaſum eſt, atavis illum editum eſſe Heroibus. Neque enim proclive eſt, Saxones abhorruiſſe a ceterorum Germaniæ Populorum conſuetudine, qui teſte *TACITO de moribus German. c. VII,* Reges ex nobilitate ſumebant. Nec obſtat, quod prudentiores & in his *CON-*

RIN-

Digitized by Google

RINGIUS & *SCHURZFLEISCHIUS*, Wittechindi imprimis Corbejenſis Monachi autoritate permoti, Wittekindum non Regem appellatum fuiſſe, ſed tantum inter primores Weſtphaliæ eminuiſſe contendunt. Et fatendum, vix ante Dithmarum quenquam Scriptorum reperiri, qui Wittekindo Regis elogium tribuat. At nec inficiari poſſumus, magnam illi & prope Regiam fuiſſe autoritatem in bellis Saxonum adverſus Carolum M. quandoquidem ſummam belli hujus ipſi unanimi Saxonum conſenſu fuiſſe delatam facile patet. Vid. *WERNER. ROLEVINCK de laude Weſtphal. Lib. II c. 7 p. 89, DRESSER. Chron. GEORG. FABRIC. Orig. Sax. L. II & VI, GOBELIN in Coſmodr. fol. 186 &c. SAGITTAR. Hiſt. Bardev. L. II §. 26 & JAC. ANDR. CRUSII Wittekindum cap. 3.* Cum vero *TACITUS de morib. Germ. cap. 7* Regibus Germanorum non infinitam ſeu perpetuam poteſtatem tribuat, quid obſtabit, quo minus & Wittekindo tempore belli Carolini Regiam dignitatem vindicemus?

§. V.

Regiæ dignitatis faſtigium, quod Wittekindus, a Francorum Rege Carolo ſubactus, cum Ducis axiomate commutaverat, HENRICUS Auceps, Wittekindi trinepos, Rex Germaniæ deſignatus reſtituit Familiæ, cujus filius OTTO I Imperatoriam dignitatem nactus eſt, quam genitor, qui neungi quidem ſolemni ritu voluit, nunquam ambivit. Succedebant OTTO II filius atque porro OTTO III nepos, quorum res præclare geſtas fuſius exponere non opus eſt. Vid. *REGIN. in Annal. WITTECHINDUM Annal. L. II, HROSVITHAM de geſtis Ottonum ap. REUB. OTTON. FRISING. Lib. VI, AVENTIN. L. IV, DITHMAR. Chron. Mart. L. III & IV & alios.*

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

Saxoniæ Ducatum, quem Patre mortuo acceperat OTTO M. anno 964 HERMANNO Billingo conceſſit, qui non admodum lauta ſorte uſus filiorum Imperatoris Præceptor fuerat. Nam cum ſummam Ottoni fidem probaſſet & præterea præfecturam inferioris Saxoniæ partium per aliquod tempus magna cum laude geſſiſſet, dignus viſus eſt Imperatori, quem Ducali dignitate inſigniret; quemadmodum accurate docet *SPALATINUS de orig. Dom. Sax.* quem Hortlederus L. IV c. 23 de Cauſis B. G. inſeruit. Ceterum Otto non univerſam quidem Saxoniam, verum eam tantum partem Hermanno conceſſit, quam hodie Principes ad Albim devexiorem tenent, quæque ab exſtructo ab Hermanno hoc Luneburgo nomen accepit. *Terram enim* (ut loquitur *CRANZIUS in Sax. Lib. III c. 16) Brunſuicenſem, quæ poſtea in Ducatum evecta, & Gottingenſem, & quæ tranſſylvana dicitur, cum terra Wittenbergenſi, quæ nunc ſuperior vocatur Saxonia, & omnem Miſniam, Thuringiamque, tum Saxonici juris, pro ſe ac poſteris ſervavere Imperatores.* Natales hujus Billingi ab obſcuritate vindicat *HENRICUS MEIBOMIUS in Vind. Billingianis.*

§. VII.

Suſceperat Hermannus ex Hildegardi Weſterburgica BERNHARDUM I (ut vulgo creditur) Saxoniæ Electorem. Vid. *AUG. BRUNN. in Triade Elect. p. 100.* Defecit vero hæc ſtirps quoad maſculam ſobolem in Magno Saxoniæ Duce, qui cum diem obiiſſet ſupremum circa annum 1106, duabus filiabus ex Sophia uxore relictis, Elica atque Wolffhildi, quarum prior Ottoni Aſcaniæ Comiti, altera vero Henrico Nigro Bavariæ Duci nupſit, (Vid. *Chron. Citiz. ad h. a. ap. Piſt. p. 280)*

Digitized by Google

p. 180.) Henricus V Imperator Ducatum Saxoniæ cum terra Luneburgica & dignitate, ſi quæ tum fuit, Electorali tanquam vacuum feudum conceſſit LOTHARIO Comiti Supſinburgio, cujus opera antehac in bellis adverſus patrem Henricum IV uſus fuerat, quo exemplo patet, jam tum Electoratum a fœminis nec potuiſſe adminiſtrari, nec per easdem ad hæredes transferri, quod infra prolixius demonſtrabimus. Is Lotharius, anno 1125 præter ſpem in conventu Moguntino Imperator electus, coronabatur Aquisgrani a Friderico, Antiſtite Colonienſi. Commendantur ejus ſapientia, fortitudo, pietas, quæ virtutes omnibus Imperatoribus, quos Saxonia, alma Principum mater, procreavit, communes quaſi atque ſolennes fuere. Vide ejus Elogia apud *SPANGENBERG. in Chron. Querf. L. II. c. 41 integro.* Excepit illum in Saxonia HENRICUS *Superbus* gener, Magnique Ducis ex Wolffhildi nepos, hunc vero HENRICUS *LEO* filius, de quibus agunt *BRUNNIUS in Triade p. 140, FABRICIUS in Orig. Sax. BUNTING. Chron. Brunſv. ARNOLD. Chron. Lubec.* & de Henrico Leone ſpeciatim Dn. *ZIEGLER*, Schauplatz p. 881 & *CHYTR. Or. de Henr. Leon.*

§. VIII.

Henrico Leone, qui diverſas ob cauſas Friderici Barbaroſſæ gratia exciderat, conſenſu Principum Germaniæ in Conventu Goslarienſi anno 1180 proſcripto, Ducatus Saxoniæ in eo conventu ſolenni ritu collatus eſt BERNHARDO Aſcanienſi, quod Magni, poſtremi e Billingia ſtirpe Ducis, pronepos eſſet. Vid. *CRANZ. Sax. Lib. VI. c. 38.* Tum vero & Bernhardus ſerti ruticei inſigne impetravit, qua de re ita loquitur idem *CRANZIUS L. V. c. 25: De armis autem Saxoniæ hoc ferunt, Otto Pater Alberti ſtratoria ligna in Clypeo transverſa atro gilvoque*

que colore variatâ ferebat. Bernhardus ad pedes Imperatoris Friderici jam de Ducatu Saxoniæ inveſtitus orabat, ut aliquo a fratribus diſcrimine arma Ducatus ſui inſignirentur. Tum Imperator, ut erat coronatus per æſtum, ruteam coronam injecit ex obliquo ſupplicantis Clypeo. Hæc eſt origo ſerti quod paternis inſignibus Bernhardus jam Imperatoris dono adjecerat: nam vetera Saxoniæ ſigna candidum præferebant pullum equinum. Vid. etiam *Dn. IMHOFF. Notit. R. J. Procer. p. 59*, it. *BECMAN. Exercit. Jur. Publ. p. 510.* Si quis vero nova hæc domui Saxonicæ ab Imperatore conceſſa inſignia ipſius Electoralis officii, ab eo demum tempore a Saxonum Ducibus exerciti, documentum eſſe exiſtimaverit, haud multum forte aberrabit. Certe nemo illud ante hoc tempus cum Ducali axiomate conjunctum fuiſſe ſatis demonſtraverit. Ceterum magnopere ſequenti tempore queſtus fuit FRIDERICUS BELLICOSUS, jam tum Ottonis, e veteri Wittekindi ſtirpe oriundi, Miſniæ Marchionis, nullam in Electoratu habitam fuiſſe rationem, eique immerito prælatum Bernhardum, quod probe animadverterit *WILCKIUS in Nep. Sax. p. 195.*

§. IX.

Bernhardus provincias cum dignitate Ducali, poſt fata reliquit ALBERTO filio, qui peracta expeditione, quam cum Friderico II Imperatore in Palæſtinam ſuſceperat, redditus Penatibus, anno 1260 obiit. Filios reliquit quatuor, totidemque filias. Ex illis duo potiſſimum nobis notatu digni videntur, ALBERTUS II ſtemmatis Ducum ſeu Electorum Saxoniæ ſator, & JOHANNES progenitor Ducum Saxoniæ inferioris, ſive Lauenburgi, unde juris Saxonum in Lauenburgicas ditiones origo. Quo anno obierit Albertus, diſcrepant Autores, cum alii eum anno 1297 alii 1308 deceſſiſſe putent,

Digitized by Google

putent. Vid. *BRUNNII Triad. Elect. p. 225, HUBNER Quæſtiones Hiſtor. Part. V. p. 766. CRANZIUS* tamen eum ad annum 1311 ſuperſtitem fuiſſe diſerte teſtatur *in Sax. Lib. IX c. 19.* In Electoratu ipſi ſucceſſit filius RUDOLPHUS, qui vivo adhuc Patre ab avo materno Rudolpho I Imperatore Burggraviatu Magdeburgenſi & Comitatu Brennenſi donatus eſt. Qua de re conferri merentur *DRESSERUS Chron. Sax. P. IV p. 436, ALBINUS Chr. Miſn. tit. 16. p. 216, SPANGENB. Chron. Querf. p. 317 & Adel-Sp. P. II L. X C. 20, IMHOFF l. c. L. 2 c. 7 §. 24 & SPENER Herald. P. ſpec. Proleg. §. 23 & in Syll. Gen. p. 222.* Hunc anno 1356 excepit RUDOLPHUS II filius, quocum Ericus II Lauenburgicus fruſtra de Electoratu contendit. Rudolphum WENCESLAUS frater, Wenceſlaum RUDOLPHUS III filius, & hunc denique ALBERTUS III ultimus hujus ſtirpis ſecutus eſt, de cujus fatis quædam hoc loco ſubjiciemus.

§. X.

Faventiſſimum habuit ALBERTUS Cæſarem Sigismundum, quippe qui & Offegam, Cunradi Ducis Olſnenſis in Sileſia filiam, illi uxorem conciliavit, & in ipſa nuptiarum celebritate Electoratus inſignia contulit. At cum triennio & quod excedit magna cum laude ditionibus præfuiſſet, iniqua ſorte ſublatus eſt anno 1422. Paucis enim ante mortem diebus Lochaviam cum uxore venationis gratia ſeceſſerat, ubi incendio in ipſo Principis hoſpitio præter ſpem oborto, cum canis, qui prope lectum accumbebat, flamma aduſtus, vehementem ejulatum ederet, Elector perterrefactus ſe proripit quidem e lecto & nudus cum ſuis per feneſtram dilabitur, ſed terror omnia ejus membra adeo pervaſerat, ut paucis poſt diebus Wittebergæ animam efflaret. Vid. *SPALATIN. in Vita*

Digitized by Google

Frid. Bell. MS. & *BROTUFF. in Chr. Sax. MS.* apud Dn. Præſ. nec non *MULLERI Annal. Sax. ad Annum, 1422. BRUNNIUS in Triad. p. 258* ſub Alberti effigie hæc legi teſtatur:

Faſt ſchwere Krieg mein Bruder hatt
Die er ſieglich vollführen that,
Doch hat das Land genommen ab,
Daß ich ſelbt Vierdt lebt kleiner Haab,
Zu Lochau bracht mich Feuers-Noth
Gehling erſchrecken in den Todt,
Und ſtarb ohn Erben allzu hand,
Ans Reich fiel da das Sachſen Land.

CAP. II.

De FRIDERICO BELLICOSO ejusque Majoribus, Miſniæ Marchionibus.

§. I.

MOrtuo Alberto, non deerant, qui ad dignitatem Electoralem adſpirarent, quibus Sigismundus Imperator FRIDERICUM BELLICOSUM, Marchionem Miſniæ & Thuringiæ Landgrafium, prætulit. Is proſapiam duxit à Wittekindo II, qui Chriſtianorum Sacris initiatus, toga & ſago clariſſimus fuit, Wettinum etiam arcem ad Salam condidiſſe memoratur, unde poſteri ejus Wettiniorum Comitum & nomen & axioma nacti ſunt. Vid. *FABRICII Orig. Sax. L. V, BROTUFF in Chron. Sax. MS.* & qui plura de Wettinii Comitibus deſiderant, adeant etiam *SIGEBERTUM GEMBL. CONRADUM URSPERGENS. SPALATINUM de orig. Dom. Sax. apud Hortled. REINECC.*

de

Digitized by Google

de Orig. Miſn. KRAUSE *Chr. Miſn.* PECCENSTEINIUM, ZIEGLERUM *& alios.*

§. II.

Cum vero Miſniæ demum Marchiones facti ſint Wettini Comites, operæ pretium fuerit, rem paulo altius repetere. Nimirum diverſas olim Marchias ab Imperatoribus & Regibus Germanicis, ſpeciatim Henrico Aucupe & Ottone M. ad arcendum Barbararum gentium impetum, in Germania fuiſſe conſtitutas, inter omnes conſtat. Sic Marchia Brandenburgica Henetis, Landsbergica Sorabis, Auſtriaca Hungaris, Luſatica Vandalis, & Sleſvicenſis Danis fuit oppoſita. Vid. HELMOLDI *Chron. Slav. L. I c. 8,* CRANZII *Vandal. L. II c. 27, 28, Lib. III c. 15* & *Dania Lib. IV c. 19,* BOXHORNII *Hiſt. Univerſ. p. 526* & CHRISTIANI MANLII *Comment. Mſſ. rerum Luſaticarum L. II c. 6. & 7,* qui ſunt apud Dn. Præſidem. Quibus autem gentibus Miſnica objecta fuerit, Hiſtorici haud ſatis videntur conſentire: alii enim Milzenis, alii Sarmatis, alii Riparenſibus & Bohemis alii oppoſitam tradunt. Enim vero ALBINUS *in Chron. Miſn. p. 102* eos facile conciliat, dum non modo ad repellendos Bohemos atque Polonos, ſed & ad arcendas Vandalorum gentes varias illam conſtitutam fuiſſe affirmat. Sub initium autem dignitas hæc non per ſanguinem transferebatur ad poſteros, ſed Imperatori liberum eligendi arbitrium competebat. Primus itaque Marchio ab Henrico Aucupe conſtitutus fuit e Wettinenſibus BRUNO, quem Ridacus, Eccardus, aliique excepere, ut eleganter idem ALBINUS probat *l. c. p. 111.* Diſſentit tamen Brotuffius tum in Chron. Martisb. L. II. c. 12 tum in Chron. Sax. MS, quod eſt apud Dn. Præſidem. Demum Marchia *Miſnica* THIMONI, qui & ipſe ex Comitibus Wettini veterique Wit-

 tekindi

Digitized by Google

rekindi ſtirpe oriundus fuit, ſolenniter ab Henrico V Imperatore collata eſt. Is enim, Dieterici II filius, enſe perimerat adoleſcentem nobilem, ne itaque illius conſanguinei mortem vindicarent, fuga matris ſuaſu ſalutem petens, in aulam Henrici V ſe recepit. Apud quem liberaliter habitus tanta virtutis documenta, præſertim in celebri ad Guelphi ſylvam prælio dedit, ut illum mox non modo aulæ præficeret Imperator, ſed & Marchionem Miſniæ declararet. Neque tamen diu ea dignitate gaviſus videtur, quippe gratum Imperatori animum teſtaturus cum caſtra hoſtium acrius oppugnaret, inter primos cæſus eſt. Vid. *FABRICII Saxoniam Lib. V p. 556 & March. Miſn. Lib. I p. 29.*

§. III.

Itaque CONRADO filio Miſniæ Marchionatum Lotharius Saxo anno 1136 contulit. Quo anno, mortuo etiam Henrico Marchione Luſatiæ ac Comite Græcenſi & Leiſnicenſi, Conradus ditiones illas ejusdem Lotharii beneficio obtinuit. Vid. *ALBINI Chro. Miſn. p. 128, ZIGLER* Labyrinth p. 327, *PECCENSTEINII Theatrum Sax. p. 17.* Cumque adeo amplisſimas ditiones posſideret, Magni cognomen merito accepit; & dignum eſt memoratu, quod *BROTUFFIUS in Chron. Sax. MS.* refert, his verbis: Nach Chriſti Geburth 1175 am Abend Jacobi war Marggraff Conrad bey Kåyſer Fridrichen den Iſten Barbaroſſa genannt, vor S. Marcus Kirche in der Stadt Venedig, gleich als der fromme Kåyſer, mit den Pabſt Alexandro III uneins war, und allda mit einander zu Freunde verſühnet worden, daß der Kåyſer aus Demuth vor den Pabſt nieder kniete und ließ ihn lange auf der Erden liegen, da ſprach Marggraff Conrad von Meiſſen zu den Pabſt: Wårum thut ihr euren

Herrn

Herrn dem Römiſchen Käyſer ſo groſſe Gewalt, daß ihr ihn ſo lange liegen laſſet? alſo rücket ihn der Pabſt mit der Hand auf. Quæ ſi ita ſe habent, minorem fidem inveniet anilis de Friderico Alexandri pedibus conculcato fabula. Conradus hic primus diſpoſuit, ut in poſterum primogenitus titulum & dignitatem parentis ſui referret, eoque OTTONI majori natu filio Marchionatum Miſniæ reliquit. v. *ALBINUM Chron. Miſn. tit. 15 p. 190 KRAUSE Chron. Miſn.* p. 75 & *WITTICH. Geneal. MS. Ducum Sax. P. IV Cap. 8.* Unde miramur, quid ſibi velit *KNICHEN in Comm. in Jus Sax. de non prov. p. 105*, ubi eosdem auctores ſecutus, eadem quidem de Conrado refert, nec Ottonem diffitetur illi in Marchionatu ſucceſſiſſe, & nihilominus Ottonem hunc non primo ſed tertio genitum fingit. Equidem & ipſe Otto ſuaſu uxoris Dieterico minori natu filio, poſtpoſito Alberto ſeniore, Marchionatum relinquere atque adeo patriam legem evertere conatus eſt A. 1188, ſed infelici ſucceſſu; ut eſt in veteri *Chron. Miſn.* quod *R. REINECCIUS* vulgavit, ad h. a.

§. IV.

OTTO, ob largos ex Metallifodinis reditus *dives* dictus, deceſſit anno 1189. Vid. *FABRICII Orig. Sax.* p. 559 Sächſiſcher Helden-Saal p. 233 Ottoni ALBERTUS filius, eique improli anno 1195 mortuo, frater DIETERICUS III ſucceſſit, qui ducta in matrimonium Jutta, Hermanni Thuringiæ Landgravii filia, anno 1222 diem obiit ſupremum. Natus ex eo conjugio HENRICUS *Illuſtris*, qui Ludovico Sancto ejusque fratre Henrico Raſpone, Landgraviis Thuringiæ & Haſſiæ, Dietrici III filiis, non relicta prole mortuis, Thuringia, quam ei æque ac Haſſiam Fridericus II Imperator in feudum conceſſerat, anno 1227 potitus eſt, Haſſia poſt longas lites Sophiæ Bra-

Brabantinæ relicta. Vid. præter *BROTUFFIUM* citatum, *FABRICII Orig. Sax. L. VI*, *HUBNERI Qu. Hiſt. P. V. p. 661* & alios. Sed optimus Princeps anno 1288 extinctus, ſucceſſorem habuit ALBERTUM *Degenerem* filium, qui quantas turbas excitaverit in his Regionibus, ut Friderico Admorſo & Dicemanno filiis Thuringiæ hæreditatem eriperet, & Apicio notho conciliaret, accurate deſcripſere *W. E. TENZELIUS in Vita Friderici fortis ſive admorſi* hactenus inedita, quam poſſidet Dn. Præſes, nec non ante illum *JOH. GARZO, in Reb. Sax.* qui libellus cum Not. *TENZELII* extat pariter apud Dn. Præſidem, præterea *FABRIC. Orig. Sax. L. VI & Rer. Miſn. L. II, CHYTRÆUS Sax. Lib. VI p. 193*, *BECKENSTEIN Theatr. Sax. Part. I C. 2* & *BANGIUS Chron. Thur. ad annum 1289.* Dicemanno Lipſiæ anno 1307 in æde D. Thomæ miſere, ut conſtat, cæſo (vid. *SIFFR. Epit. Rer. Miſn. ad annum 1307* & *SPANGENBERG. Chron. Mansf. p. 276*) ſolus FRIDERICUS genus propagavit, a quo genitus FRIDERICUS *gravis*, plurium liberorum parens, e quibus FRIDERICUS *ſtrenuus* Olſniam & Thuringiam jure hæreditario, Coburgenſem vero ditionem ex dote Catharinæ Hennebergicæ accepit (vid. *HUBN. Tom. V p. 823*) & anno 1397 defunctus illuſtrem heroem FRIDERICUM BELLICOSUM hæredem reliquit, de quo nunc erit uberius agendum.

§. V.

Quo anno FRIDERICUS, cui fortitudo *Bellicoſi* nomen impoſuit, in lucem fuerit editus, *MULLERUS in Annal. Sax. pag. 14* hactenus haud compertum credit. Equidem numus proſtat, in memoriam Friderici hujus a recentiori artifice C. Wermuth cuſus, cum inſcriptione: FRIDERICUS BELLICOSUS NATUS ANNO 1367 PATRE FRIDERICO STRENUO, MATRE CATHARINA HEN-

Digitized by Google

HENNEBERGICA OB RES FORTITER GESTAS IMPRIMIS CONTRA HUSSITAS BELLICOSUS COGNOMINATUS EX CATHARINA BRUNSVICENSI IV FILIORUM II FILIARUM PARENS ACADEMIÆ LIPSIENSIS FUNDATOR ANNO M CCCC IX A SIGISMUNDO IMPERATORE ANNO M CCCC XXIX ELECTOR SAXONIÆ CONSTITUTUS ET ANNO MCCCCXXV BUDÆ SOLENNITER INVESTITUS UBI HÆRENS SEQUENTI ANNO MAGNAS COPIAS SUAS DELETAS AB HUSSITIS AUDIVIT EX MOERORE DEFUNCTUS LEUCOPETRÆ ANNO M CCCCXXIIX D. IV JAN. SEPULTUS MISENÆ.

Nullum nobis dubium ſupereſt, quin ipſe in hiſtoria Patria verſatiſſimus Tenzelius inſcriptionem hanc imponi numo curaverit, quippe qui ex veteri quadam imagine in Gothano Gazophylacio conſpicua didicerat, hunc Fridericum anno 1428 die 4 Jan. ſexagenarium deceſſiſſe. Quodſi enim ſexaginta annos retro computes ab hoc anno, omnino in annum incides 1367. Aliam quidem viam inivit Vir apprime eruditus D. G. P. Hönn in des Chur- und Fürſtl. Hauſes Sachßen Wapens- und Geſchlechts-Unterſuchung p. 218, ubi e Spangenbergii Chronicis Hennebergenſibus acute conjectatus eſt Fridericum circa annum 1376 natum demum fuiſſe. At ipſe tamen Hönnius Tenzelii ſententiam magis probat. Patrem habuit Fridericum ſtrenuum, matrem Catharinam, Henrici Comitis Hennebergici Filiam. Vid. Sächſiſche Helden-Saal p. 345. Luculenta vero fortitudinis ſpecimina exhibuit, cum an. 1388 Noribergæ Burggravio contra liberas Imperii civitates, anno 1391 vero Conrado Summo ordinis Teutonici Magiſtro contra Livonos in auxilium advolaret.

 Bel-

Digitized by Google

Bella quæ cum Bohœmis Huſſi mortem vindicaturis geſſit, infra exponentur. At gloriam bello partam multum auxit Lipſienſis Academiæ fundatio, quæ certe ſola, ſi nihil præterea præclarum edidiſſit, immortalem eum reddidiſſet. Quam originem habuerit Academia, utque paulatim ſumma ceperit incrementa, Autores plures, ſpeciatim *PEIFERUS in Lipſia L. III §. 14 ſſ. SPALATINUS in Vita Frid. Bell. MS. & JO. FRIDERICHUS in Paneg. Sec. de orig. incrementis & fortuna Acad. Lipſ.* diſerte tradidere. Unum hoc loco notamus, eam jam tum Anno 1408 fuiſſe a Friderico fundatam, conſtituto Nicolao de Lubeca Academiæ Cancellario, qui poſtea Epiſcopus Martisburgenſis factus, at Privilegiis demum anno ſequente die 9 Sept. a Ruperto Palatino Imp. Piſis ſubſcriptis, ſub finem anni die 2 Decembr. ſolenniter inaugurata eſt Univerſitas, ut teſtatur *J. S. MULLERUS Annal. Sax. ad hos annos.* Lubet addere, quæ *BROTUFFIUS in Chron. Sax. MS.* de fundatione hujus Academiæ refert: A. 1409 hat gemeldter Fürſt die Univerſität, ſo etwan zu Pragau geweſt, in die Stadt Leipzig gebracht, und ſie reichlich und herrlich geſtiftet, begabet und aufgerichtet; Und ſeynd zu Leipzig A. 1513 auf den Tag Corporis Chriſti in der Proceſſion, da Hertzog George zu Sachſen perſöhnlich mitte gegangen 2100 Studenten und Magiſtri, und in S. Thomas-Schule 700 Schüler gezahlt worden. Deus auſpicata Academiæ eſſe jubeat inſtantia Sacra Jubilæa!

§. VI.

Non tantum vero celebrem reddit FRIDERICUM militia, aut Lipſienſis noſtræ Academiæ fundatio, verum & dignitas Electoralis, quam una cum ditionibus Electoratui annexis & beneficiis aliis ab Imperatore Sigiſmundo accepit.

Ni-

Digitized by Google

Nimirum non uno illum Cæſar beneficio affecit; nam cum varia ſtrenue adverſus Huſſitas egiſſet in gratiam Sigismundi, is non modo urbe Auſſig Fridericum donavit, quam rurſus poſtea Huſſitæ occuparunt, verum & jam tum A. 1420 die 1 Aug. ſolenniter ipſi Saxoniæ Electoratum promiſit, ſi Albertum Aſcanienſem non relicta prole maſcula mori contingeret. V. *MULLER Annal. Sax. ad h. a.* Contigit hoc biennio poſt, quemadmodum ſupra a nobis relatum eſt. Alberto quippe ſubito terrore ita perculſo, ut ſub finem A. 1422 non relicta prole decederet, mox Sigismundus Imp. ſub auſpicium anni 1423, die nempe 6 Jan. ſolennem inveſtituræ formulam Poſonio, ubi tunc morabatur, tranſmiſit FRIDERICO, ut pariter exacte teſtatur *MULLERUS* citatus ad A. 1423, qua ei ob varia erga ſe merita Electoratum Saxoniæ cum cunctis juribus & prærogativis conceſſit, exceptis ſaltim arce Kolow & Cœnobio Doberlenſi, quæ ad Bohœmiam ſpectent; inſuperque promiſit, ſe poſſeſſionem ipſi vi atque armis, ſi opus fuerit, conciliaturum. Præterea vero eodem anno die 25 Mart. privilegium de non trahendo ſubditos extra territorium, alterumque de jure utendi cera rubra, & die 3 Maji uſumfructum palatii Pragenſis, quem & antea Albertus Elector habuit, Friderico liberaliter conceſſit; quoque magis etiam ſe huic Principi devinctum oſtenderet, filium ejus cognominem in familiam quodammodo ſuſcepit die 8 Maji, conſtituta illi ter mille florenorum Hung. penſione. Inde ſub auſpicium anni 1424 Electorum omnium conſenſu in Electorale Collegium receptus & A. 1425 Cal. Aug. ab ipſo Sigismundo Imp. Budæ ſolenniter præſtito homagio inveſtitus, rurſusque novis a Cæſare literis de d. 4 Aug. A. 1426, quæ ap. *GASTEL. ALBIN.* aliosque exſtant, confirmatus, & a Comite Joanne de Lupfen, aulæ Cæſareæ

102 Digitized by Google

Magiſtro, in ditiones has ſolenniter introductus & immiſſus eſt. Quæ accurate, ſi quis alius, percenſuit *MULLERUS Annal. ad hos annos*; confer imprimis *G. SPALATINI* Chronica von Herkommen der Churf. von Sächſ. *Tit. 2 ap. HORTLEDER. de Cauſ. B. G. L. IV. C. 23 p. 614 ſſ.*

§. VII.

Sed de cauſis etiam dicamus, quibus commotus Sigismundus FRIDERICUM ad Electoralis dignitatis faſtigium evexit. In Literis inveſtituræ Friderici merita ac virtutes magnopere extolluntur, maxime quod conſtanter Imperatori adverſus Bohœmos fuiſſet auxilio, & paulo ante in lucilento prælio virtutis documentum inſigne edidiſſet, ex quo concluditur, neminem tuendis his provinciis, æque ac Fridericum, futurum parem. Graves enim tum in Bohœmia motus Huſſi aſſeclæ ob Huſſum imprimis præter datam fidem crematum concitaverant. Ad quos ſedandos cum Imperator omnem navaret operam, Friderico nunquam defuit animus ad opem ferendam promptiſſimus. In hoc bello itaque armis ab adoleſcentia aſſuetus & innutritus, præclara multa geſſit, quæ commemorant *FABRIC. in orig. Sax. L. VII,* Sächſ. Helden-Saal *pag. 349* nec non *THEOBALDUS in Bell. Huſſit.* & *HAGECIUS Chron. Boh. §. 1.* Num vero inter cauſas referendæ etiam ſint Miſnenſes divitiæ, unde beneficium Cæſari abunde repoſitum fuerit, ut doctiſſimus *GIOVANNI Germ. Princ. L. V C. V p. 89* hariolatus eſt, naſutioribus diſpiciendum relinquimus, cum nobis intima conſiliorum Sigismundi penetralia inſpexiſſe datum non ſit. Novimus quidem, idem olim a mendaciſſimo Principe Henrico Brunſuicenſi objectum fuiſſe Stemmati Fridericiano, & acerrime has calumnias refutavit ipſe Joannes

amiſes Fridericus El. apud *HORTLED. L. IV c. 9 num. 113.* Sed nec jus Friderico deerat, quippe a Wittekindo juniore oriundo, ut ſupra oſtendimus. Quæ ratio, ſi aliæ defuisſent, ſola permovere poterat Sigismundum, ut Saxoniam ſtemmati Wittekindeo quaſi poſtliminio reſtitueret. Enimvero quo jure Vir, quem modo nominavimus, in omni hiſtoria verſatiſſimus l. c. p. 28 Wittekindeam ſtirpem patria ſua (h. e. Saxonia) eo usque in Miſniæ regionibus exulem vocet, ſcire nos fatemur cum ignariſſimis. Etſi enim Electoratu aliisque juribus caruiſſe antehac Fridericum fateamur, attamen e Saxonia exul fuiſſe nobis non videtur, qui in Miſnia ſuperſtes fuit, quemadmodum Lipſia non exulant, qui habitant in foro Lipſienſi. Neque enim olim Miſniam Thuringiamque ad Saxoniam pertinuiſſe inficiabitur, cum dudum vel ex Jure communi Saxonico Sachſen-Spiegel *L. III Art. 62* didicerit, inter ſeptem feuda vexillorum (Fahn-Lehen) Saxoniæ etiam Marchionatum Miſniæ & Landgraviatum Thuringiæ numerari. Ut taceamus, quæ *P. ALBINUS* Meiſſn. Land-Chron. *L. I Tit. I p. 5* eam in rem attulit, qui omnes hiſtoricos conſentientes ſe habere teſtatur. Ceterum nec exulem proprie dixeris, qui genti, e qua natus non eſt, imperat. Ecquis enim Wilhelmum III Magnæ Brittanniæ Regem ex Arauſionenſi familia oriundum exulem vocaverit cum in Anglia rerum potiretur? Sed hæc obiter. Illud quidem dubio caret, Fridericum eas demum ditiones obtinuiſſe, quas ante aliquot ſecula majores ejus Henrici & Ottones tenuere. Unde recte *LIMNÆUS J. P. T. I L. V c. 15* eum *avitum Saxoniæ Ducum titulum, qui paſſim ad alias familias, huic non agnatas, ab Imperatorum Saxonicorum obitu evagatus erat, ad legitimos heredes revocaſſe, & dignitatem Electoralem titulo Saxonico annexam*

 acqui-

acquiſiviſſe ſcribit. Nec immerito Duces Saxoniæ ex Billingia, Suplinburgenſi, Guelphica & Aſcania ſtirpe ortos intercalares (Einfömlinge oder Einſeßlinge) vocat *SPALATINUS l. c. p. 613*, quod Wittekindum, cui Carolus Magnus Saxoniæ Ducatum conceſſerat, non haberent generis autorem.

§. VIII.

Hæ fere cauſæ fuere: nunc de jure diſpiciendum nobis eſt ulterius. Olim quidem omnes Imperii Principatus vacantes ad Imperatorem devolvebantur, cui poteſtas alium deſuper reinfeudandi relicta erat. Quod, ut vetuſtiora taceamus, apparet vel Rudolphi I exemplo; cum enim Ottocarus Rex Bohœmiæ Auſtriam, durante Interregno vacantem, ſibi vindicaſſet, Rudolphus Imperator factus, hanc provinciam Ottocaro extortam Alberto filio ſuo in Comitiis Auguſtanis anno 1282 conceſſit. Vid. *TRITHEM. Chron. Hirſ. ad a. 1282, GER. DE RHOO Ann. Auſtr. L. I p. 34* & *SIG. A BIRCKEN* Spiegel der Ehren des Ertzh. Oeſterr. *L. I c. 13.* Atque ita ſecundum *A. B. A. 13 Tit. VII* Electoratus quoque vacans ad Imperatorem devolvitur, qui alium deſuper reinfeudare poteſt ac debet. At hodie quidem Feuda majora Principatuum &c. juxta *Capitulationem* Imperatoris Caroli V Artic. XXVI, Ferdinandi III Artic. XXXII, Ferdinandi IV Artic. XXX, & Leopoldi Artic. XXX, ad uſum Imperii & Imperatorum reſervari debent. Non tamen, ut recte *DIETERICUS* tradit *Comment. in Auream Bullam p. 55*, putandum eſt, Aureæ Bullæ per ejusmodi Capitulationes præjudicatum eſſe, atque in illis Electoratus quoque ſub Regalium feudorum nomine contineri, cum ſpecialiter privilegiata non veniant in generali diſpoſitione, niſi ſpeciatim

expri-

exprimantur *L.3 Cod. de Silentiar.* Conſentit *CARPZOV. de L.R.C.7 Sect.3 §.27 ſeq.* Etenim Electoratus vacans omnino alii concedi debet ab Imperatore, cum in publica Imperii ſalute poſitum ſit, ne numerus Electorum ſecularium minuatur, eoque curia citam redintegrationem requirat, ut docent *HENNINGES de Summ.Imp.Rom. poteſtate circa profana, C.XIII §.2, DIETERICUS* & *CARPZOV. l.c.* An autem hoc ſolus Imperator, non adhibitis Electoribus & Imperii proceribus (qui vulgo Pares curiæ vocantur) facere poſſit, quæſtio inter Publiciſtas eſt vexatiſſima. Vid. *LIMNÆUS Annot. ad Capit.Car.V. p.267 ſeq.* & paſſim in *J.P.* nec non *ARUMÆUS Diſcurſ.4 ad A.B. Theſ.16, MULZ. Repræſ.Maj. Imp.p.487* & Autores citati. Sed cum noſtrum non ſit controverſiam hanc a tantis Viris ventilatam componere, eam potius in medio relinquemus. Illud tantum obſervamus, pleroſque omnes, qui conſenſum Electorum utique requiri aſſerunt, niti imprimis exemplo Sigismundi, qui non niſi conſultis Electoribus, FRIDERICO Saxoniæ Electoratum contulerit, quod liquido apparet Literas ſub d. Oſen 1425 inſpicientibus, ubi inter alia: Mit wohlbedachten Muth/ guten Rath ſeiner und des Reichs Fürſten u. ſ. w. V. *MULL. Ann. ad h.a.* Jus vero Imperatori fuiſſe integrum de Saxoniæ Ducatu & Electorali dignitate pro arbitrio ſtatuendi, vel ex ipſis Inveſtituræ Literis abunde patet, ubi inter alia hæc leguntur: daß die Köre des Hertzogthums zu Sachſen an uns als Römiſchen König und das H. Römiſche Reich recht und redlich gefallen. Quæ non modo reliquis Literis eidem Friderico datis, verum & confirmatoriis, Friderico Placido Bellicoſi filio a Sigismundo Imp. Ulmæ A. 1434 conceſſis, corroborantur, ubi hæc leguntur: Das Hertzogthum zu Sachſen, das an uns als einen Römiſchen König zu den

Rei-

Zeiten, und an das H. Römiſche Reich von Todeswegen etwan des Hochgebohrnen Albrechten Hertzogen zu Sachſen, recht und redlich gefallen was; ut oſtendit *HORTLEDER L. IV C. 23 p. 614 in not. C.* Non defuere tamen, qui partim beneficio Cæſaris, partim jure ſibi Saxoniam deberi jactarent, in quibus Ericus Lauenburgicus, Ludovicus Barbatus Palatinus Rheni & Fridericus Marchio Brandenburgicus recenſentur; ſed horum cauſam nunc accuratius expendere juvat.

CAP. III.

ERICI IV Ducis Lauenb. nec non FRIDERICI Brand. & LUDOVICI Palatini, Electorum, poſtulata examinata & exploſa.

§. I.

Alberto III A. 1422 non relicta prole mortuo, hereditatem ejus in primis adibat Ericus IV e Lauenburgicis Ducibus, quod unus eſſet e Bernhardi familia ſuperſtes. Itaque omnem movit lapidem, ut inveſtituram a Sigismundo Imperatore acciperet, eaque iterum iterumque negata, nihilominus & ipſe & ſucceſſores per integrum Seculum & quod excurrit jus ſuum, fruſtra licet, perſecuti ſunt, ut teſtatur *SPANGENB. Chr. Manſf. C. 311 p. 360.* Operæ pretium fuerit, ut rationes, quibus Ericus ejusque poſteri inſiſtebant, paulo penitius inſpiciamus.

§. II.

Aliqua omnino argumenta, quibus fulciuntur jura domus Lauenburgicæ in Saxoniæ Electoratum, proferunt hujus familiæ

liæ propugnatores, quorum agmen ducit *ALBERTUS CRANZIUS*, Erico ejusque familiæ plus æquo addictus. Primum ex his argumentis eſt, Duces Lauenburgenſes a Bernhardo Duce Saxoniæ oriundos eſſe, cujus ad familiam tum ſpectabat Electoratus, quemadmodum oſtendimus in Diſſert. noſtra C. 2 §. 9 & patet idem e tabula:

Bernhardus El. Saxon. † 1212.

Albertus I El. Sax. † 1260.

Albertus II El. Sax. † 1308.	Johannes Dux Lauen. † 1285.
Rudolphus I † 1356 El. Sax.	Ericus I Dux Lau. † 1360.
Rudolphus II El. † 1370. Wenzesl. El. † 1388.	Ericus II Dux Lau. † 1376.
Rudolphus III El. † 1418. Albertus III El. † 1422.	Ericus III Dux. Lau. † 1411.
	Ericus IV Dux. Lau.

Verum enim vero, ſi ipſius ſtirpis Aſcaniæ Genealogiam paulo accuratius perluſtremus, ne illam quidem juſto ſucceſſionis modo Saxoniam poſſediſſe deprehendimus. Primo enim donatio Ottonis I Billingio in præjudicium Vittini Comitum facta omnem excedere æquitatem videtur, quod hi nihil commiſiſſent, quo Imperator ad excludendos illos commoveri poſſet. Et concedamus, Saxoniam Hermanno Billingo jure fuiſſe collatam, non tamen videmus, quam ob rem deficiente Billingia ſtirpe maſcula, Magno ſcil. anno 1106 extincto, ſucceſſio ad Sereniſſimos Wittekindi poſteros non devoluta ſit. Licet enim Magnus duas relinqueret filias, Saxonia tamen tanquam feudum vacuum ab Henrico Imperatore Lothario Comiti Supplinburgenſi concedebatur. Cauſa hujus conceſſionis potiſſi-

105

Digitized by Google

Frid. Bell. MS. & *BROTUFF. in Chr. Sax. MS.* apud Dn. Præſ. nec non *MULLERI Annal. Sax. ad Annum, 1422. BRUNNIUS in Triad. p. 258* ſub Alberti effigie hæc legi teſtatur:

Faſt ſchwere Krieg mein Bruder hatt
Die er ſieglich vollführen that,
Doch hat das Land genommen ab,
Daß ich ſelbt Vierdt lebt kleiner Haab,
Zu Lochau bracht mich Feuers-Noth
Gehling erſchrecken in den Todt,
Und ſtarb ohn Erben allzu hand,
Ans Reich fiel da das Sachſen Land.

CAP. II.

De FRIDERICO BELLICOSO ejusque Majoribus, Miſniæ Marchionibus.

§. I.

MOrtuo Alberto, non deerant, qui ad dignitatem Electoralem adſpirarent, quibus Sigismundus Imperator FRIDERICUM BELLICOSUM, Marchionem Miſniæ & Thuringiæ Landgrafium, prætulit. Is proſapiam duxit à Wittekindo II, qui Chriſtianorum Sacris initiatus, toga & ſago clariſſimus fuit, Wettinum etiam arcem ad Salam condidiſſe memoratur, unde poſteri ejus Wettiniorum Comitum & nomen & axioma nacti ſunt. Vid. *FABRICII Orig. Sax. L. V, BROTUFF in Chron. Sax. MS.* & qui plura de Wettinii Comitibus deſiderant, adeant etiam *SIGEBERTUM GEMBL. CONRADUM URSPERGENS. SPALATINUM de orig. Dom. Sax. apud Hortled. REINECC.* de

de Orig. Miſn. KRAUSE *Chr. Miſn.* PECCENSTEINIUM, ZIEGLERUM *& alios.*

§. II.

Cum vero Miſniæ demum Marchiones facti ſint Wettini Comites, operæ pretium fuerit, rem paulo altius repetere. Nimirum diverſas olim Marchias ab Imperatoribus & Regibus Germanicis, ſpeciatim Henrico Aucupe & Ottone M. ad arcendum Barbararum gentium impetum, in Germania fuiſſe conſtitutas, inter omnes conſtat. Sic Marchia Brandenburgica Henetis, Landsbergica Sorabis, Auſtriaca Hungaris, Luſatica Vandalis, & Sleſvicenſis Danis fuit oppoſita. Vid. HELMOLDI *Chron. Slav. L. I c. 8,* CRANZII *Vandal. L. II c. 27, 28, Lib. III c. 15* & *Dania Lib. IV c. 19,* BOXHORNII *Hiſt. Univerſ. p. 526* & CHRISTIANI MANLII *Comment. Mſſ. rerum Luſaticarum L. II c. 6. & 7,* qui ſunt apud Dn. Præſidem. Quibus autem gentibus Miſnica objecta fuerit, Hiſtorici haud ſatis videntur conſentire: alii enim Milzenis, alii Sarmatis, alii Riparenſibus & Bohemis alii oppoſitam tradunt. Enim vero ALBINUS *in Chron. Miſn. p. 102* eos facile conciliat, dum non modo ad repellendos Bohemos atque Polonos, ſed & ad arcendas Vandalorum gentes varias illam conſtitutam fuiſſe affirmat. Sub initium autem dignitas hæc non per ſanguinem transferebatur ad poſteros, ſed Imperatori liberum eligendi arbitrium competebat. Primus itaque Marchio ab Henrico Aucupe conſtitutus fuit e Wettinenſibus BRUNO, quem Ridacus, Eccardus, aliique excepere, ut eleganter idem ALBINUS probat *l. c. p. 111.* Diſſentit tamen Brotuffius tum in Chron. Martisb. L. II. c. 12 tum in Chron. Sax. MS, quod eſt apud Dn. Præſidem. Demum Marchia *Miſnica* THIMONI, qui & ipſe ex Comitibus Wettini veterique Wit-

rekindi ſtirpe oriundus fuit, ſolenniter ab Henrico V Imperatore collata eſt. Is enim, Dieterici II filius, enſe perimerat adoleſcentem nobilem, ne itaque illius conſanguinei mortem vindicarent, fuga matris ſuaſu ſalutem petens, in aulam Henrici V ſe recepit. Apud quem liberaliter habitus tanta virtutis documenta, præſertim in celebri ad Guelphi ſylvam prælio dedit, ut illum mox non modo aulæ præficeret Imperator, ſed & Marchionem Miſniæ declararet. Neque tamen diu ea dignitate gaviſus videtur, quippe gratum Imperatori animum teſtaturus cum caſtra hoſtium acrius oppugnaret, inter primos cæſus eſt. Vid. *FABRICII Saxoniam Lib. V p. 556 & March. Miſn. Lib. I p. 29.*

§. III.

Itaque CONRADO filio Miſniæ Marchionatum Lotharius Saxo anno 1136 contulit. Quo anno, mortuo etiam Henrico Marchione Luſatiæ ac Comite Græcenſi & Leiſnicenſi, Conradus ditiones illas ejusdem Lotharii beneficio obtinuit. Vid. *ALBINI Chro. Miſn. p. 128, ZIGLER* Labyrinth p. 327, *PECCENSTEINII Theatrum Sax. p. 17.* Cumque adeo ampliſſimas ditiones poſſideret, Magni cognomen merito accepit; & dignum eſt memoratu, quod *BROTUFFIUS in Chron. Sax. MS.* refert, his verbis: Nach Chriſti Geburth 1175 am Abend Jacobi war Marggraff Conrad bey Käyſer Fridrichen den Iſten Barbaroſſa genannt, vor S. Marcus Kirche in der Stadt Venedig, gleich als der fromme Käyſer, mit den Pabſt Alexandro III uneins war, und allda mit einander zu Freunde verſühnet worden, daß der Käyſer aus Demuth vor den Pabſt nieder kniete und ließ ihn lange auf der Erden liegen, da ſprach Marggraff Conrad von Meiſſen zu den Pabſt; Warum thut ihr euren Herrn

Herrn dem Römiſchen Käyſer ſo groſſe Gewalt, daß ihr ihn ſo lange liegen laſſet? alſo rücket ihn der Pabſt mit der Hand auf. Quæ ſi ita ſe habent, minorem fidem inveniet anilis de Friderico Alexandri pedibus conculcato fabula. Conradus hic primus diſpoſuit, ut in poſterum primogenitus titulum & dignitatem parentis ſui referret, eoque OTTONI majori natu filio Marchionatum Miſniæ reliquit. v. *ALBINUM Chron. Miſn. tit. 15 p. 190 KRAUSE Chron. Miſn.* p. 75 & *WITTICH. Geneal. MS. Ducum Sax. P. IV Cap. 8.* Unde miramur, quid ſibi velit *KNICHEN in Comm. in Jus Sax. de non prov. p. 105*, ubi eosdem auctores ſecutus, eadem quidem de Conrado refert, nec Ottonem diffitetur illi in Marchionatu ſucceſſiſſe, & nihilominus Ottonem hunc non primo ſed tertio genitum fingit. Equidem & ipſe Otto ſuaſu uxoris Dieterico minori natu filio, poſtpoſito Alberto ſeniore, Marchionatum relinquere atque adeo patriam legem evertere conatus eſt A. 1188, ſed infelici ſucceſſu; ut eſt in veteri *Chron. Miſn.* quod *R. REINECCIUS* vulgavit, ad h. a.

§. IV.

OTTO, ob largos ex Metallifodinis reditus *dives* dictus, deceſſit anno 1189. Vid. *FABRICII Orig. Sax.* p. 559 Sächſiſcher Helden-Saal p. 233 Ottoni ALBERTUS filius, eique improli anno 1195 mortuo, frater DIETERICUS III ſucceſſit, qui ducta in matrimonium Jutta, Hermanni Thuringiæ Landgravii filia, anno 1222 diem obiit ſupremum. Natus ex eo conjugio HENRICUS *Illuſtris*, qui Ludovico Sancto ejusque fratre Henrico Raſpone, Landgraviis Thuringiæ & Haſſiæ, Dietrici III filiis, non relicta prole mortuis, Thuringia, quam ei æque ac Haſſiam Fridericus II Imperator in feudum conceſſerat, anno 1227 potitus eſt, Haſſia poſt longas lites Sophiæ

Bra-

Digitized by Google

Brabantinæ relicta. Vid. præter *BROTUFFIUM* citatum *FABRICII Orig. Sax. L. VI*, *HUBNERI Qv. Hiſt. P. V. p. 661* & alios. Sed optimus Princeps anno 1288 extinctus, ſucceſſorem habuit ALBERTUM *Degenerem* filium, qui quantas turbas excitaverit in his Regionibus, ut Friderico Admorſo & Dicemanno filiis Thuringiæ hæreditatem eriperet, & Apicio notho conciliaret, accurate deſcripſere *W. E. TENZELIUS in Vita Friderici fortis ſive admorſi* hactenus inedita, quam poſſidet Dn. Præſes, nec non ante illum *JOH. GARZO, in Reb. Sax.* qui libellus cum Not. *TENZELII* extat pariter apud Dn. Præſidem, præterea *FABRIC. Orig. Sax. L. VI & Rer. Miſn. L. II, CHYTRÆUS Sax. Lib. VI p. 193*, *BECKENSTEIN Theatr. Sax. Part. I C. 2* & *BANGIUS Chron. Thur. ad annum 1289.* Dicemanno Lipſiæ anno 1307 in æde D. Thomæ miſere, ut conſtat, cæſo (vid. *SIFFR. Epit. Rer. Miſn. ad annum 1307* & *SPANGENBERG. Chron. Mansf. p. 276*) ſolus FRIDERICUS genus propagavit, a quo genitus FRIDERICUS *gravis*, plurium liberorum parens, e quibus FRIDERICUS *ſtrenuus* Olſniam & Thuringiam jure hæreditario, Coburgenſem vero ditionem ex dote Catharinæ Hennebergicæ accepit (vid. *HUBN. Tom. V p. 823*) & anno 1397 defunctus illuſtrem heroem FRIDERICUM BELLICOSUM hæredem reliquit, de quo nunc erit uberius agendum.

§. V.

Quo anno FRIDERICUS, cui fortitudo *Bellicoſi* nomen impoſuit, in lucem fuerit editus, *MULLERUS in Annal. Sax. pag. 14* hactenus haud compertum credit. Equidem numus proſtat, in memoriam Friderici hujus a recentiori artifice C. Wermuth cuſus, cum inſcriptione: FRIDERICUS BELLICOSUS NATUS ANNO 1367 PATRE FRIDERICO STRENUO, MATRE CATHARINA

HEN-

Digitized by Google

HENNEBERGICA OB RES FORTITER GESTAS IMPRIMIS CONTRA HUSSITAS BELLICOSUS COGNOMINATUS EX CATHARINA BRUNSVICENSI IV FILIORUM II FILIARUM PARENS ACADEMIÆ LIPSIENSIS FUNDATOR ANNO M CCCC IX A SIGISMUNDO IMPERATORE ANNO M CCCC XXIX ELECTOR SAXONIÆ CONSTITUTUS ET ANNO MCCCCXXV BUDÆ SOLENNITER INVESTITUS UBI HÆRENS SEQUENTI ANNO MAGNAS COPIAS SUAS DELETAS AB HUSSITIS AUDIVIT EX MOERORE DEFUNCTUS LEUCOPETRÆ ANNO M CCCC XXIIX D. IV JAN. SEPULTUS MISENÆ. Nullum nobis dubium ſupereſt, quin ipſe in hiſtoria Patria verſatiſſimus Tenzelius inſcriptionem hanc imponi numo curaverit, quippe qui ex veteri quadam imagine in Gothano Gazophylacio conſpicua didicerat, hunc Fridericum anno 1428 die 4 Jan. ſexagenarium deceſſiſſe. Quodſi enim ſexaginta annos retro computes ab hoc anno, omnino in annum incides 1367. Aliam quidem viam inivit Vir apprime eruditus D. G. P. Hönn in des Chur- und Fürſtl. Hauſes Sachßen Wapens- und Geſchlechts-Unterſuchung p. 218, ubi e Spangenbergii Chronicis Hennebergenſibus acute conjectatus eſt Fridericum circa annum 1376 natum demum fuiſſe. At ipſe tamen Hönnius Tenzelii ſententiam magis probat. Patrem habuit Fridericum ſtrenuum, matrem Catharinam, Henrici Comitis Hennebergici Filiam. Vid. Sächſiſche Helden-Saal p. 345. Luculenta vero fortitudinis ſpecimina exhibuit, cum an. 1388 Noribergæ Burggravio contra liberas Imperii civitates, anno 1391 vero Conrado Summo ordinis Teutonici Magiſtro contra Livonos in auxilium advolaret.

 Bel-

Digitized by Google

Bella quæ cum Bohœmis Huſſi mortem vindicaturis geſſit, infra exponentur. At gloriam bello partam multum auxit Lipſienſis Academiæ fundatio, quæ certe ſola, ſi nihil præterea præclarum edidiſſit, immortalem eum reddidiſſet. Quam originem habuerit Academia, utque paulatim ſumma ceperit incrementa, Autores plures, ſpeciatim *PEIFERUS in Lipſia L. III §. 14 ſſ. SPALATINUS in Vita Frid. Bell. MS. & JO. FRIDERICHUS in Paneg. Sec. de orig. incrementis & fortuna Acad. Lipſ.* diſerte tradidere. Unum hoc loco notamus, eam jam tum Anno 1408 fuiſſe a Friderico fundatam, conſtituto Nicolao de Lubeca Academiæ Cancellario, qui poſtea Epiſcopus Martisburgenſis factus, at Privilegiis demum anno ſequente die 9 Sept. a Ruperto Palatino Imp. Piſis ſubſcriptis, ſub finem anni die 2 Decembr. ſolenniter inaugurata eſt Univerſitas, ut teſtatur *J. S. MULLERUS Annal. Sax. ad hos annos.* Lubet addere, quæ *BROTUFFIUS in Chron. Sax. MS.* de fundatione hujus Academiæ refert: A. 1409 hat gemeldter Fürſt die Univerſität, ſo etwan zu Pragau geweſt, in die Stadt Leipzig gebracht, und ſie reichlich und herrlich geſtiftet, begabet und aufgerichtet; Und ſeynd zu Leipzig A. 1513 auf den Tag Corporis Chriſti in der Proceſſion, da Hertzog George zu Sachſen perſöhnlich mitte gegangen 2100 Studenten und Magiſtri, und in S. Thomas-Schule 700 Schüler gezahlt worden. Deus auſpicata Academiæ eſſe jubeat inſtantia Sacra Jubilæa!

§. VI.

Non tantum vero celebrem reddit FRIDERICUM militia, aut Lipſienſis noſtræ Academiæ fundatio, verum & dignitas Electoralis, quam una cum ditionibus Electoratui annexis & beneficiis aliis ab Imperatore Sigiſmundo accepit.

Ni-

Digitized by Google

Nimirum non uno illum Cæſar beneficio affecit; nam cum varia ſtrenue adverſus Huſſitas egiſſet in gratiam Sigismundi, is non modo urbe Auſſig Fridericum donavit, quam rurſus poſtea Huſſitæ occuparunt, verum & jam tum A. 1420 die 1 Aug. ſolenniter ipſi Saxoniæ Electoratum promiſit, ſi Albertum Aſcanienſem non relicta prole maſcula mori contingeret. V. *MULLER Annal. Sax. ad h. a.* Contigit hoc biennio poſt, quemadmodum ſupra a nobis relatum eſt. Alberto quippe ſubito terrore ita perculſo, ut ſub finem A. 1422 non relicta prole decederet, mox Sigismundus Imp. ſub auſpicium anni 1423, die nempe 6 Jan. ſolennem inveſtituræ formulam Poſonio, ubi tunc morabatur, tranſmiſit FRIDERICO, ut pariter exacte teſtatur *MULLERUS* citatus ad A. 1423, qua ei ob varia erga ſe merita Electoratum Saxoniæ cum cunctis juribus & prærogativis conceſſit, exceptis ſaltim arce Kolow & Cœnobio Doberlenſi, quæ ad Bohœmiam ſpectent; inſuperque promiſit, ſe poſſeſſionem ipſi vi atque armis, ſi opus fuerit, conciliaturum. Præterea vero eodem anno die 25 Mart. privilegium de non trahendo ſubditos extra territorium, alterumque de jure utendi cera rubra, & die 3 Maji uſumfructum palatii Pragenſis, quem & antea Albertus Elector habuit, Friderico liberaliter conceſſit; quoque magis etiam ſe huic Principi devinctum oſtenderet, filium ejus cognominem in familiam quodammodo ſuſcepit die 8 Maji, conſtituta illi ter mille florenorum Hung. penſione. Inde ſub auſpicium anni 1424 Electorum omnium conſenſu in Electorale Collegium receptus & A. 1425 Cal. Aug. ab ipſo Sigismundo Imp. Budæ ſolenniter præſtito homagio inveſtitus, rurſusque novis a Cæſare literis de d. 4 Aug. A. 1426, quæ ap. *GASTEL. ALBIN.* aliosque exſtant, confirmatus, & a Comite Joanne de Lupfen, aulæ Cæſareæ

Digitized by Google

Magiſtro, in ditiones has ſolenniter introductus & immiſſus eſt. Quæ accurate, ſi quis alius, percenſuit *MULLERUS Annal. ad hos annos*; confer imprimis *G. SPALATINI* Chronica von Herkommen der Churf. von Sächſ. *Tit. 2. ap. HORTLEDER. de Cauſ. B. G. L. IV. C. 23 p. 814 ſſ.*

§. VII.

Sed de cauſis etiam dicamus, quibus commotus Sigismundus FRIDERICUM ad Electoralis dignitatis faſtigium evexit. In Literis inveſtituræ Friderici merita ac virtutes magnopere extolluntur, maxime quod conſtanter Imperatori adverſus Bohœmos fuiſſet auxilio, & paulo ante in luculento prælio virtutis documentum inſigne edidiſſet; ex quo concluditur, neminem tuendis his provinciis, æque ac Fridericum, futurum parem. Graves enim tum in Bohœmia motus Huſſi aſſeclæ ob Huſſum imprimis præter datam fidem crematum concitaverant. Ad quos ſedandos cum Imperator omnem navaret operam, Friderico nunquam defuit animus ad opem ferendam promptiſſimus. In hoc bello itaque armis ab adoleſcentia aſſuetus & innutritus, præclara multa geſſit, quæ commemorant *FABRIC. in orig. Sax. L. VII*, Sächſ. Helden-Saal *pag. 349* nec non *THEOBALDUS in Bell. Huſſit.* & *HAGECIUS Chron. Boh. S. 1.* Num vero inter cauſas referendæ etiam ſint Miſnenſes divitiæ, unde beneficium Cæſari abunde repoſitum fuerit, ut doctiſſimus *GIOVANNI Germ. Princ. L. V c. 7 p. 19* hariolatus eſt, naſutioribus diſpiciendum relinquimus, cum nobis intima conſiliorum Sigismundi penetralia inſpexiſſe datum non ſit. Novimus quidem, idem olim a mendaciſſimo Principe Henrico Brunſuicenſi objectum fuiſſe Stemmati Fridericiano, & acerrime has calumnias refutavit ipſe Joannes

annes Fridericus El. apud *HORTLED. L. IV c. 9 num. 113.* Sed nec jus Friderico deerat, quippe a Wittekindo juniore oriundo, ut ſupra oſtendimus. Quæ ratio, ſi aliæ defuiſſent, ſola permovere poterat Sigismundum, ut Saxoniam ſtemmati Wittekindeo quaſi poſtliminio reſtitueret. Enimvero quo jure Vir, quem modo nominavimus, in omni hiſtoria verſatiſſimus l. c. p. 28 Wittekindeam ſtirpem patria ſua (h. e. Saxonia) eo usque in Miſniæ regionibus exulem vocet, ſcire nos fatemur cum ignariſſimis. Etſi enim Electoratu aliisque juribus caruiſſe antehac Fridericum fateamur, attamen e Saxonia exul fuiſſe nobis non videtur, qui in Miſnia ſuperſtes fuit, quemadmodum Lipſia non exulant, qui habitant in foro Lipſienſi. Neque enim olim Miſniam Thuringiamque ad Saxoniam pertinuiſſe inficiabitur, cum dudum vel ex Jure communi Saxonico Sachſen-Spiegel *L. III Art. 62* didicerit, inter ſeptem feuda vexillorum (Fahn-Lehen) Saxoniæ etiam Marchionatum Miſniæ & Landgraviatum Thuringiæ numerari. Ut taceamus, quæ *P. ALBINUS* Meiſn. Land-Chron. *L. I Tit. I p. 5* eam in rem attulit, qui omnes hiſtoricos conſentientes ſe habere teſtatur. Ceterum nec exulem proprie dixeris, qui genti, e qua natus non eſt, imperat. Ecquis enim Wilhelmum III Magnæ Brittanniæ Regem ex Arauſionenſi familia oriundum exulem vocaverit cum in Anglia rerum potiretur? Sed hæc obiter. Illud quidem dubio caret, Fridericum eas demum ditiones obtinuiſſe, quas ante aliquot ſecula majores ejus Henrici & Ottones tenuere. Unde recte *LIMNÆUS J. P. T. I L. V c. 15* eum *avitum Saxoniæ Ducum titulum, qui paſſim ad alias familias, huic non agnatas, ab Imperatorum Saxonicorum obitu evagatus erat, ad legitimos heredes revocaſſe; & dignitatem Electoralem titulo Saxonico annexam*

 acqui-

acquiſiviſſe ſcribit. Nec immerito Duces Saxoniæ ex Billingia, Suplinburgenſi, Guelphica & Aſcania ſtirpe ortos intercalares (Einſchiſlinge oder Einſetzlinge) vocat *SPALATINUS l. c. p. 613*, quod Wittekindum, cui Carolus Magnus Saxoniæ Ducatum conceſſerat, non haberent generis autorem.

§. VIII.

Hæ fere cauſæ fuere: nunc de jure diſpiciendum nobis eſt ulterius. Olim quidem omnes Imperii Principatus vacantes ad Imperatorem devolvebantur, cui poteſtas alium deſuper reinfeudandi relicta erat. Quod, ut vetuſtiora taceamus, apparet vel Rudolphi I exemplo; cum enim Ottocarus Rex Bohœmiæ Auſtriam, durante Interregno vacantem, ſibi vindicaſſet, Rudolphus Imperator factus, hanc provinciam Ottocaro extortam Alberto filio ſuo in Comitiis Auguſtanis anno 1282 conceſſit. Vid. *TRITHEM. Chron. Hirſ. ad a. 1282, GER. DE RHOO Ann. Auſtr. L. I p. 34* & *SIG. A BIRCKEN* Spiegel der Ehren des Ertzh. Oeſterr. *L. I c. 13.* Atque ita ſecundum *A. B. A. 13 Tit. VII* Electoratus quoque vacans ad Imperatorem devolvitur, qui alium deſuper reinfeudare poteſt ac debet. At hodie quidem Feuda majora Principatuum &c. juxta *Capitulationem* Imperatoris Caroli V Artic. XXVI, Ferdinandi III Artic. XXXII, Ferdinandi IV Artic. XXX, & Leopoldi Artic. XXX, ad uſum Imperii & Imperatorum reſervari debent. Non tamen, ut recte *DIETERICUS* tradit *Comment. in Auream Bullam p. 55*, putandum eſt, Aureæ Bullæ per ejusmodi Capitulationes præjudicatum eſſe, atque in illis Electoratus quoque ſub Regalium feudorum nomine contineri, cum ſpecialiter privilegiata non veniant in generali diſpoſitione, niſi ſpeciatim expri-

exprimantur *L.3 Cod. de Silentiar.* Conſentit *CARPZOV. de L.R.C.7 Sect.3 §.27 ſeq.* Etenim Electoratus vacans omnino alii concedi debet ab Imperatore, cum in publica Imperii ſalute poſitum ſit, ne numerus Electorum ſecularium minuatur, eoque curia citam redintegrationem requirat, ut docent *HENNINGES de Summ.Imp.Rom. poteſtate circa profana, C.XIII §.2, DIETERICUS* & *CARPZOV. l.c.* An autem hoc ſolus Imperator, non adhibitis Electoribus & Imperii proceribus (qui vulgo Pares curiæ vocantur) facere poſſit, quæſtio inter Publiciſtas eſt vexatiſſima. Vid. *LIMNÆUS Annot. ad Capit. Car. V. p.267 ſeq.* & paſſim in *J. P.* nec non *ARUMÆUS Diſcurſ. 4 ad A.B. Theſ. 16, MULZ. Repræſ. Maj. Imp. p.487* & Autores citati. Sed cum noſtrum non ſit controverſiam hanc a tantis Viris ventilatam componere, eam potius in medio relinquemus. Illud tantum obſervamus, pleroſque omnes, qui conſenſum Electorum utique requiri aſſerunt, niti imprimis exemplo Sigismundi, qui non niſi conſultis Electoribus, FRIDERICO Saxoniæ Electoratum contulerit, quod liquido apparet Literas ſub d. Ofen 1425 inſpicientibus, ubi inter alia: Mit wohlbedachten Muth/ guten Rath ſeiner und des Reichs Fürſten u. ſ. w. V. *MULL. Ann. ad h. a.* Jus vero Imperatori fuiſſe integrum de Saxoniæ Ducatu & Electorali dignitate pro arbitrio ſtatuendi, vel ex ipſis Inveſtituræ Literis abunde patet, ubi inter alia hæc leguntur: daß die Köre des Hertzogthums zu Sachſen an uns als Römiſchen König und das H. Römiſche Reich recht und redlich gefallen. Quæ non modo reliquis Literis eidem Friderico datis, verum & confirmatoriis, Friderico Placido Bellicoſi filio a Sigismundo Imp. Ulmæ A. 1434 conceſſis, corroborantur, ubi hæc leguntur: Das Hertzogthum zu Sachſen, das an uns als einen Römiſchen König zu den

Rei-

Digitized by Google

liæ propugnatores, quorum agmen ducit *ALBERTUS CRANZIUS*, Erico ejusque familiæ plus æquo addictus. Primum ex his argumentis eſt, Duces Lauenburgenſes a Bernhardo Duce Saxoniæ oriundos eſſe, cujus ad familiam tum ſpectabat Electoratus, quemadmodum oſtendimus in Diſſert. noſtra C. 2 §. 9 & patet idem e tabula:

Bernhardus El. Saxon. † 1212.

Albertus I El. Sax. † 1260.

Albertus II El. Sax. † 1308.	Johannes Dux Lauen. † 1285.
Rudolphus I † 1356 El. Sax.	Ericus I Dux Lau. † 1360.
Rudolphus II El. † 1370. Wenzesl. El. † 1388.	Ericus II Dux Lau. † 1376.
Rudolphus III El. † 1418. Albertus III El. † 1422.	Ericus III Dux. Lau. † 1411.
	Ericus IV Dux. Lau.

Verum enim vero, ſi ipſius ſtirpis Aſcaniæ Genealogiam paulo accuratius perluſtremus, ne illam quidem juſto ſucceſſionis modo Saxoniam poſſediſſe deprehendimus. Primo enim donatio Ottonis I Billingio in præjudicium Vittini Comitum facta omnem excedere æquitatem videtur, quod hi nihil commiſiſſent, quo Imperator ad excludendos illos commoveri poſſet. Et concedamus, Saxoniam Hermanno Billingo jure fuiſſe collatam, non tamen videmus, quam ob rem deficiente Billingia ſtirpe maſcula, Magno ſcil. anno 1106 extincto, ſucceſſio ad Sereniſſimos Wittekindi poſteros non devoluta ſit. Licet enim Magnus duas relinqueret filias, Saxonia tamen tanquam feudum vacuum ab Henrico Imperatore Lothario Comiti Supplinburgenſi concedebatur. Cauſa hujus conceſſionis potiſſima

105
Digitized by Google

ma fuit, quod Lotharius magnam Saxoniæ partem e dote uxoris teneret, quam forte prægnantem cauſam minime dixeris. vid. *BRUNN. L. c. p. 127.* Lothario mortuo Magni tandem ex filiabus nepotes Saxonia potiebantur. Duxerat ex his unam Henricus niger Dux Bavariæ, alteram Otto dives Aſcaniæ Comes; utriusque poſteri Saxoniæ Duces fuere, quod e tabula pariter liquet:

Magnus Dux Saxoniæ † 1106.

Wolffhild † 1125.	Elike † 1140.
Henricus niger Dux Bavariæ.	Otto dives Aſcaniæ Comes.
Henricus ſuperbus Dux Sax.	Albertus urſus † 1169.
Henricus Leo Dux Sax. proſcriptus 1180.	Bernhard. Elect. Sax. † 1212.

Apparet itaque ipſam Aſcaniam familiam non ex maſcula ſed fœminea Billingiorum ſtirpe ortam fuiſſe, cui certe, ſi jure decertandum fuiſſet, Friderici Bellicoſi majores longe præferendi erant, ſed jus in armis poſitum videbatur, unde Henrico Superbo potentiſſimo Germaniæ Principe Saxoniam ſibi vindicante, Wittekindea ſtirps, cujus ditio anguſtis admodum finibus tum circumſcripta erat, illius conatibus ſeſe opponere non audebat. Nec poſt Henricum Leonem proſcriptum impedire poterat, quo minus cum vicini quique Principes proxime adjacentes provincias ad ſe raperent, Bernhardus quoque Aſcaniæ Comes, Ottonis I Brandenburgici Electoris frater, Saxoniam partim armis, partim Cæſaris benevolentia ſibi aſſereret.

Ex

Digitized by Google

Ex his itaque nemo non videbit, potuiſſe omnino Sigismundum Imperatorem Saxoniæ Electoratum citra injuriam Ducum Lauenburgicorum Friderico Bellicoſo concedere. Licet enim argumentum Ducum Lauenburgicorum, ad quod modo reſpondimus, tantum juribus illorum ponderis adjicere videatur, ut magni nominis Viri *LIMNÆUS in Jur. Publ. Tom. I L. 3 c. 10* & *GASTELIUS* in *Statu Europæ publico p. 412* illud fuſius deducere ſuperſedeant; ex modo dictis tamen affatim patebit, nequaquam Sigismundum ad Saxoniam, Wittekindea ſtirpe iterum excluſa, Erico concedendam obſtrictum fuiſſe.

§. III.

Nec ſequenti argumento major vis ineſt, cum nempe certis actibus jus ſuum fundatum putarunt Lauenburgenſes. Et primo quidem in diſcordi electione Friderici Auſtriaci & Ludovici Bavari Imperatorum Ericum I cum Rudolpho Duce Saxoniæ de jure electionis contendiſſe perhibent: id quod nullis quidem hiſtoriarum monumentis probare poſſunt. Enim vero multum hic diſcrepant hiſtorici. Nam qui proximus his temporibus vixit, *M. ALBERTUS ARG. Chron. apud Urſtis. Tom. II p. 119* Saxonem, cujus nomen non addit, Friderico faviſſe ſcribit. *STERO Annal. ad annum 1313, apud Freher. p. 408* innuit, Ducem Saxoniæ ſeniorem ad Friderici, juniorem ad Ludovici partes inclinaſſe, ſed neutrum nominat. E recentioribus *ADLZREIT. Annal. Boj. P. II L. I p. 1* ait, duces Saxoniæ Johannem III & Rudolphum de jure ſuffragandi contendiſſe. Sed apprime huc ſpectant, quæ habet Sigismundus von Bircken im Spiegel der Ehren des Ertz-Hauſes Oeſterreich, *L. IV c. 2 p. 267*, ubi & brevem Saxoniæ Ducum Genealogiam exhibet, quam ita diſpoſuit:

- Bernhardus El. Sax. † 1212.
  - Albertus I El. Sax. † 1260.
    - Albertus II El. † 1308.
      - Otto † 1349.
      - Albertus III † 1342.
      - Rudolphus † 1356.
    - Joh. I † 1285.
      - Joh. II † 1310.
        - Albertus V.
        - Joh. IV.
        - Ericus ſator ſtirpis Lauenb. † 1338.
    - Rudolphus.
      - Joh. III.
      - Albertus IV.

Putat itaque per ſeniorem Saxoniæ Ducem apud Steronem l. c. Rudolphum Alberti II filium, per juniorem vero Johannem IV Johannis I nepotem intelligi. Nec obſtat, quod in ipſis decretis Electorum anno 1314 factis & ab *HERWARTO in Ludovico IV contra Bzovium defenſo* productis *p. 10 & 22*, Johannes Dux Saxoniæ ſenior vocetur, cum ea vox tum non ſeniorem familiæ, ſed Dominum feudi denotaverit. Qualis vera vis vocis *Sennor* apud Hiſpanos, *Signore* apud Italos, & *Seigneur* apud Gallos. Ex quo patet, falſos fuiſſe *CRANZIUM* ipſumque *SPALATINUM & HORTLEDERUM*, qui Ericum I Ludovici IV electionem promoviſſe putant. Vid. *HORTLED. L. IV c. 23 p. 623.* Neque vero inficiari poſſumus, in Guntheri Suarzburgici electione Ericos II & III, patrem nempe & filium, pro Electoribus ſe geſſiſſe, ut Henrici Moguntini literæ Francofurti ea de electione A. 1349 datæ & ab *HORTLEDERO l. c.* productæ teſtantur. Interim tamen & paulo ante A. 1346, vivo adhuc Ludovico Imp. Rudolphus Elector Saxoniæ una cum aliis Carolum IV elegiſſe Imperatorem deprehenditur. Et quamvis Lauenburgici jus aliquod per turbas illas uſurpaverint, illud tamen, Alberti II poſteris continuo contradicentibus, nec poſſederunt quiete, & penitus tandem amiſerunt. Paulo aliter reſpondent *KNICHEN de Jure. Sax. de non appell. p. 36* &

SPA-

Digitized by Google

SPALATIN. apud HORTL. l. c. Non ignoramus etiam *CRANZIUM Sax. Lib. XI c. 10 p. 290* ſcribere, Lauenburgicæ genti ſemper cum Electoribus Saxoniæ communem fuiſſe titulum. Verum nequaquam Lauenburgicos Duces Saxonicos vocatos fuiſſe, ex ipſis Sigismundi Literis, in quibus Erico Saxoniæ Electoratum nunquam ſe contuliſſe publice teſtatus eſt, ſub d. Ofen A. 1426 vigilia Aſſumtionis Mariæ, patet. In his enim Ericum Lauenburgenſem conſtanter vocat, nunquam vero Saxoniæ Ducem, & obſervavit *SPALATINUS apud HORTLEDER. l. c. p. 617.* Nec majorem fidem meretur, cum *in Sax. L. X c. 23 & L. XI c. 10 & in Vandal. L. IX c. 2* Carolum IV Tangermundæ conſtituiſſe, dubia licet fide, aſſeruit, ut alternis vicibus ad Electionem vocarentur Alberti II & Johannis poſteri. Hujus enim rei non ſolum nullus ejusdem ævi Hiſtoricus mentionem facit, ſed ipſo quoque Imperii Germanici jure ejus generis alternationes prohiberi, exemplo Palatinorum & Bavariæ Ducum demonſtrat *LIMNÆUS I. P. Tom. I L. III c. 10.* Cumque præterea ipſa A. B. contrarium ſancitum videatur, haud erit proclive, Carolum IV legibus a ſe ipſo promulgatis contrarias tuliſſe.

§. IV.

Ecquid vero mirum eſt, Duces Lauenburgicos tot fictis ac fraudulenter excogitatis documentis prætenſioni ſuæ juris ſpeciem addere conatos eſſe, cum Ericus IV ipſi Sigismundo Imperatori perſuadere non erubuerit, quaſi ab ipſo in eum eventum, quando ſtirps Aſcania deficeret, inveſtituram nactus fuiſſet? Cujus in rei teſtimonium Literas inveſtituræ anno 1414 die Luciæ (ut fingit) confectas produxit, publiceque teſtatus eſt, ſe a jure ſuo nunquam niſi vi coactum diſceſſurum. Neque enim ignorabat, ſimultaneam inveſtituram jure Saxonico re-

requiri ad ſucceſſionem feudi, v. Lehnr. *C. 5, 21 C. 23, 31 & Conſtit. El. P. II C. 45*, qua deficiente agnatos non ſuccedere in terris Saxonicis, pluribus teſtatur *VULTEJUS de feud. L. II c. 7 n. 54.* Itaque cum majores ſuos ſimultanee de Electoratu Saxoniæ inveſtitos fuiſſe nullo idoneo argumento probare poſſet, ſubreptitiam iſtam inveſtituræ formulam in medium protulit. Sed age ipſam formulam, cum nusquam antehac, quantum nobis conſtat, typis impreſſa prodierit, e *SPALATINI Vita Frid. Bell. MS.* ſubjiciamus: Wir Sigmundt von Gottes Gnaden Römiſcher König, zu allen Zeitten, merer des Reichs, vndt zu Hungern, Dalmatien, Croatien ꝛc. König bekennen und thun kundt offenbar mit dieſem Briffe, allen denen die ihn ſehen oder hören leſen, daß für Uns kam zu Franckfordt, der Hochgebohrne Hertzog Erich zu Sachſen, zu Engern undt Weſtphalen, Unſer lieber Oheym und Fürſt, da wir ſaßen in Unſer Königlichen Majeſtat gezieret, mit ſolchen wirden undt ſchönheit, als ſich das von Rechte gebührt, und bat uns weißiglichen, daß wir Jhm als ein Römiſcher König das Landt zu Sachßen und die Pfalzgraffſchaft zu Sachſen, Engern und Weſtphalen, als den daßelbe Landt und Pfaltzgraffſchafft ſeine Eltern Hertzogen zu Sachßen, auff Jhn und auff ſeine Vettern Hertzog Rudolphen und Hertzog Albrechten, geerbt han, und als Er undt ſie daſſelbe Landt iezunt ſämptlichen undt beſonders innehaben, und beſitzen, geteilt, und ungeteilt, nach ihrer Brieve laut, die Jhre Vettern ſamtlichen gegeben haben, inhaltent das dieſelben Landte unvoruckt nach der einen Tode, auff den andern erben und fallen ſoll; Jtem die Stadt Mollen undt den Zoll daſelbſt mit ihrer Zugehörung, Jtem, in dem Lande Lünenburg Zoll und Güter

Digitized by Google

ter als ſein Eltern auff Ihm, in derſelben Stadt und in dem Lande, geerbt haben, Item in den Landen Weſtphalen und Engern, Schlößer, Gericht, Herrſchafft, Landt und Leut, als ſein Vater auff Ihn geerbet hat, Item, das Landt zu Hadeln und Weſtfrißlandt, mitt der Herrſchafft Boderichs, und das Schloß Ritzebuttel, Item das Land Dorſingeu, das Schloß Lauenborg, Item die Graveſchafft Raßeburg, Item die Schloßer Ertenberg, Riepenburg, Bergerdorp, Item den Kirchwerder, Item die Elbe mit ſolchen Zollen, als Er darauff hat zu Lauenburg, zu Ertenborg, zu Gieſelingen, und auff der Dollnette und zu Herneborg, als dann die von ſeinen Vater auff ihn geerbet ſindt, Item die Gravſchafft zu Hollſtein und das Land zu Stormarn, die Gravſchafft Schwerin mit ihrer Zugehörunge, Item die Herrſchafft Schawenburgk, Item die Herrſchafft von der Lyppe, Item die Herrſchafft Hoye, Nyenberch, Warmenaw, Bruckhauſen, undt Hademhagen, Wunſtorp, und Verde, das undt die alle vorgenant von Uns, und dem Hayligen Röm. Reich zu Lehen rüren, mit ihren Fürſtlichen Wirden, Ehren, Herrligkeitten, Rechten, Gerichten, Zollen, belegten Geleiten, Manſchafften, Eygenſchafften, Städten, Schlößern, Landen, Leuten, Güttern, Wiltpanen, Bergkwercken, Saltzwercken, und mit allen ihren Zugehörungen Gerichten, gnediglich zuverleyhen. Das haben wir angeſehen das vorgenandten Hertzogs Erichs redliche Bitte und auch nutze, willige, und getreue Dinſte, die ſeine Vorfarn Hertzogen zu Sachſen, Unſern Vorfarn Röm. Königen und Kayſern in vergangenen Zeitten allewegen gethan haben, und derſelbe Erich Uns, undt den Reich zuthuen bereit iſt, täglich thut, undt fürbas

das thuen ſoll und mag in künfftigen Zeitten, und haben darum mitt wohlbedachten muthe, guten rathe undt rechten wiſſen, dem vorgenanten Unſern lieben Oheymen Hertzog Erichen, das vorgenannte Fürſtenthum das Land zu Sachßen, mitt ſeiner Fürſtlichen Herrligkeitten, Ehren undt wirden, undt die obgenante Pfaltzgraffſchafft, Graveſchafft, Herrſchafft undt Lande mit ſampt ihren Zollen, Geleiten, Rechten, Gerichten, Mannſchafft, Eygenſchafften, Städten, Schlößern, Landen, Leuten, Güttern, Wiltpanen, Berckwercken, undt mit allen ihren Zugehörungen, wie die mit ſonderlichen worten und Nahmen genannt ſind, gnädiglich gereicht undt geliehen, reichen und verleihen ihn die von Röm. Königlicher Macht in Crafft dieſes Briefes, was wir ihn daran von recht wegen leihen ſolten undt möchten, das undt die fürbas mehr von Uns, undt den Reich zu rechten Fürſtlichen Lehn zu haben, zu halten, undt das undt der zu gebrauchen und zu genießen, als den Fürſten undt andern Lehn Recht und Herkum̃en iſt, von jederman ungehindert, doch uns, undt dem Reiche Unſern Mannen undt ſonſt jedermann an ſeinen rechten unſchädlich. Uns hatt auch der vorgenante Hertzog Erich gewöhnlich Huldung gelobt, und Eyde darauff gethan, Uns, undt dem Reiche gehorſam, getreu, undt gewertig zu ſein, und zu thun, undt zu dienen, als dan des Reichs getrewer Fürſte ſeinen rechten Herrn, dem Röm. König, zukünfftigen Keiſer, pflichtig zu thun iſt ohngeferde. Mit Uhrkunde dieſes Brieffs, verſiegelt mit Unſern Könyglichen Majeſtat Inſygell. Geben zu Franckfurth nach Chriſti geburt viertzehen-Hundert, und darnach in dem Vierzehenden Jare, am Sanct Lucien tage, Unſer Reich, des Hungeriſchen ꝛc. in

dem

dem 28, Undt des Römiſchen in dem fünfften Jahre.
Hæ ſpuriæ ſunt literæ, quibus ſibi deberi Electoratum tantopere prædicabat Ericus. Verum Fridericus, qui Saxoniam jam poſſidebat, ne quid injuria poſſidere videretur, ad Sigismundum Imperatorem ſe contulit, & quæ Ericus poſtularet, narravit. Scribit itaque *SPALATINUS in Vita Frid. Bell.* cit. MS. Derhalben verwunderte ſich der Römiſche König ſehr des unbilligen Vornehmens Hertzog Erichs. Und als ſein übel erlangter Lehn-Brieff geleſen ward, bezeuget der König öffentlich vor allen Fürſten, daß Hertzog Erich den fälſchlich ausbracht hätte. Imo & publico diplomate Budæ anno 1426 teſtatus eſt Sigismundus, Ericum ſub & obreptitie obtinuiſſe literas illas inveſtituræ; cui acceſſit quoque ipſius Protonotarii Cæſarei teſtimonium. Quæ omnia *SPALATIN.* & in *Vita cit.* & in *Chron. de orig. Sax.* ap. *HORTLED.* l. c. p. 615, 616 exhibet: ipſa vero horum monumentorum avtographa in Archivo Electorali, quod Dresdæ eſt, cuſtodiri accepimus. Hæc qui attente perpenderit, Ericum jure rejectum fuiſſe, non dubitabit. Ceterum ſi vel juris aliquid in Electoratum habuiſſet Ericus, hæc tamen res ſola Imperatori ad eum excludendum juſtiſſimam præbuit cauſam. Siquidem crimen falſi, cujus ſe Ericus, productis falſis literis, participem reddidit, non tantum jure civili atrociſſime punitur, juxta titt. *ff. & C. de lege Cornel. de falſis*, ſed noſtris etiam moribus graviſſimæ pœnæ locum hic eſſe JCti, cenſent. Et ipſe quidem *CRANZIUS*, Lauenburgicæ familiæ promachus acerrimus, hujus inveſtituræ mentionem facere non audet, quin potius dubius hæret in *Sax. l. c. p. 290*, utrum per negligentiam non petendi beneficii, an ob aliam cauſam præteriti fuerint Duces Lauenburgici. Ceterum quo jure excluſi fuerint, disquirit & *KNICHENIUS de Jur. Sax. de non appell. Cap. 2* integro.

E §. V.

Digitized by Google

§. V.

Equidem Ericus, cum precibus, quibus juſto ſerius Imperatorem interpellaverat, locum non eſſe intelligeret, quandoquidem dixiſſe fertur Sigismundus: **Was ich einmahl Landgraff Friedrichen in Thüringen verſprochen und deßhalben von mir geſchrieben habe, dabey bleibe ich und Landgraff Friedrich auch**, teſte *MULLERO Annal. Sax. ad A.* 1424; hinc Fridericum Bellicoſum coram Baſileenſi Concilio ſuper Ducatu Saxoniæ, Archi-Mareſchallatu & jure eligendi Romanum Regem anno 1434 convenire auſus eſt. Verum Sigismundus Eccleſiam, in Concilio licet generali congregatam, poteſtatem non habere judicandi cauſas feudales, conſtitutione Ulmæ lata in Comitiis Imperialibus eodem anno declaravit cujus hæc ſunt verba: *Noſtram itaque decet ſolertiam, imprimis quadam Imperii noſtri jura ſervare, quin imo juxta poſſibilitatem Noſtræ facultatis adaugere, prout ex debito ſacramenti fuimus adſtricti. Quod recte conſpicimus, ſi cauſas ad examen Imperialis culminis pertinentes ſub noſtra Jurisdictione conſervemus. Cum itaque Principatus, officium ac jus ſupra dicta a nobis & Imperio noſtro in feudum immediate deſcendant, ac ſecundum juris communis diſpoſitionem, nec non uſum, morem, ſtylum & conſuetudinem S. R. J. feudalis contentio per Dominum feudi ac Pares Curiæ terminanda ſit, liquet hanc quæſtionem, ſi qua prætendi poterit, ad noſtram & illuſtrium Archi-Principum noſtrorum S. R. J. Electorum pertinere notionem.* Vid. *NATAL. ALEX. Hiſtor. Eccleſ. Sec. XV & XVI Parte II p. 224.* Inutilis ergo & hic fuit Erici conatus, qui, nulla jurium Imperii ratione habita, in re feudali, eaque prorſus deſperata, opem a Sacro Senatu fruſtra ſperabat.

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

Jam num jus fuerit Friderico Brandenburgico in Electoratum Saxonicum, quod illi aſſerunt, qui plus æquo jura Brandenburgica extollere cupiunt, diſpiciamus. Equidem ipſum Fridericum ad Electoratum adſpiraſſe, veroſimile non videtur. Nam quod ditiones has ipſamque Electoratus metropolin Vitebergam copiis ſuis inſedit, juſſu & autoritate Cæſaris Sigismundi factum eſt. Qua de re audiamus *PEUCERUM in Carion. Chron. L. V p. m. 998: Fridericus ex Synodo Conſtantienſi profectus ad Marchiam in fidem ſuam accipiendam juramentoque adſtringendam, cum interea deceſſiſſet Albertus Septem-Vir Saxoniæ, poſtremus ex Bernhardi poſteritate, qui Ducis Saxoniæ munus & dignitatem primus apud Fridericum Barbaroſſam virtute promeruit. Quod ergo ille deceſſiſſet, ſimul ditionem Ducum Saxoniæ, cujus eſt caput Witeberga, occupavit, impoſitoque præſidio munivit, ut eſſet & maneret in fide ac patrocinio Imperatoris, qui negabat ſucceſſionem Alberti Patrueli Erico Lauenburgenſi, propter quadam in ipſum contumaciter admiſſa delicta.* Eam ditionem cum dignitate Septemvirali Sigismundus transtulit in Fridericum Marchionem Miſniæ, ſed ea conditione, ut de iis quæ in occupandam Imperatoris nomine regionem inſumſiſſet Fridericus Brand. huic ſatisfaceret. Æſtimatum id tradunt viginti octo millibus marcarum argenti. Et conſentiunt cum his, quæ apud *HORTLEDERUM Lib. IV cap. 9. p. 238* leguntur, ubi JohannesFridericus Magnanimus Saxoniæ Elector ad Henrici Ducis Brunſuicenſis Scriptum ita inter alia reſpondet: **Und dieweil viel und mancherley Anſuchen von berührtes Churfürſtenthums wegen bey Kayſer Sigismunden vorgefallen, derohalben er das Land dem Marggrafen zu Brandenburg zu getreuen Händen zu verwalten befohlen: So mag nicht ohne ſeyn, daß unſer**

112
Digitized by Google

Uhr-Ahn-Herr Fridericus Bellicoſus, gedachten Marggra-ſen vor ſeine verrechnete auffgewandte Koſten und Schulden biß 20000 Gülden bezahlet hat. Daraus wird aber der von Braunſchweig annoch lange kein Kauff-Geld machen können. Conf. *ALBIN. Chron. Miſn. Tit. 16.* Equidem *MULLERUS Annal. Sax. ad A. 1423* Fridericum Brandenb. has ditiones Saxonum inſtinctu occupaſſe memorat, auf ſelbiger Landſchafft vorher beſchehene Verſchreibung. At idem tamen ſibi contradicere videtur, allegatis ad ann. 1426 Sigismundum Literis confirmatoriis, in quibus inter alias rationes hæc quoque affertur: Weil die gantze Landſchafft von Sachſen auch durch eine erbare Botſchafft inniglich gebeten, daſſelbe Land Hertzog Fridrichen als einem ſolchen mächtigen Herrn zu geben, der ſie könte und mögte verweſen, beſchützen und beſchirmen.

§. VII.

Sed de jure nobis cognoſcendum eſt, Doctiſſimus *GIOVANNI de Regia gente Bor. p. 99 magnum olim in Saxoniæ Electoratum Johannis Alchymiſtæ poſtulatum fuiſſe* cenſet, *qui ſi non ob aliam cauſam, quam ne pater & filius Electores fierent, nuntium A. 1424 huic juri dedit, publicæ eum tranquillitatis, quam commodi domus ſuæ majorem rationem habuiſſe, extra dubitationem ſit.* Pergit deinde: *Certe Wittebergam, metropolin Electoratus, jam in poſſeſſione eundem habuiſſe ſcimus. Et precibus magis quam imperio Cæſaris locum eſſe relictum videtur. Aliud enim eſt fœminam Electoratum regere, aliud Electoratum per fœminam ad maſculos transferri.* Jus vero Brandenburgici p. 14 allegat hoc, *quod Soror ultimi Electoris Alberti III in matrimonio eſſet Johannis.* Verum ut de hoc primum diſpiciamus, Noſter *CERNITIUM* forte ſuæ gen-

tis

Digitized by Google

tis hiſtoricum aut ignobiliorem certe alium ſecutus, ſororem Alberti III vocat Barbaram, Joanni Alchymiſtæ nuptam, quæ Rudolphi III filia potius fuit. Teſtantur hoc *SPENERUS in Sylloge p. 771, CHYTRÆUS Sax. p. 69, BROTUFFIUS* Anhalt. *Chron. p. 141, HENNINGESIUS The. Gen. T. III p. 171* & qui optimos quosque ſecutus eſt, doctiſſimus *HUBNERUS Tab. Gen. 152.* Poterat & prudentiſſimo Viro aliud perſuadere Rentſchius Brand. Ceder-Hayn p. 581 ſeq. ex eo enim liquet, Johanni Alchymiſtæ anno 1401 nato, anno ætatis decimo, h. e. anno 1410 ſeu 1412, conciliante Sigismundo Imperatore, deſponſatam fuiſſe Barbaram, quæ cum ſeptem tum annos nata perhibeatur, natalem habuit annum 1404. Jam ſi Barbara ſoror fuit Alberti III, atque adeo Wenceslai Electoris, qui anno 1388 deceſſit, filia, ſedecim ad minimum poſt patris obitum annis natam atque adeo nimis poſthumam fuiſſe oportet.

§. VIII.

Imprimis vero ponderanda erit quæſtio, cujus jam ſupra mentionem fecimus: an nimirum Electoratus per fœminas poſſit transferri? Reſpondemus negando, multis inducti rationibus. Primo enim in feudis fœminæ reguraliter non ſuccedunt, nec excluduntur modo a ſucceſſione ipſæ, ſed & filii ex ipſis deſcendentes. *C. Quia §. 3 I. F. 1, C. Per ſucceſſionem De ſucc. frat. 2 F. 11, TIRAQUELLUS de Jur. primogen. Qu. 12 n. 5,* Ritterhuſ. *part. feud. C. 14 Qu. 2, MYNSING. C. 5 Obſ. 73, BESOLD. de Succ. Lib. I Diſſ. 14 n. 1.* Si enim præcedens ſucceſſionis eſt incapax, ſequitur, quod ſequens non ſit admittendus, *§. 7 Inſtit. de Legit. agnat. Succeſſ. DUAR. de Feud. O. 9. n. 19, WESENBEC. de Feud. cap. 6, VULTEJ. de Feud. Lib. 1 cap. 9 n. 27,* cum nullus plus juris in alium transferre poſſit, quam ipſe habeat, per jura notiſſima *L. 54 ff. De R. J. L.*

 14 C.

14 C. de Donat. Et licet omnes hæredes in inveſtitura vocentur, non tamen ſuccedit fœmina, juxta *STRUV. Syntagm. feud. Cap. 9 Aph. 8 n. 12.* Hoc procedit non ſolum in feudo proprio, ſed & conditionato: *ZAS. in Epitom. feud. part. 8 n. 49,* licito: *VULTEJ. 9 n. 43.* Nec obſtat, quod apud Hiſpanos, Brittannos, Danos, Suecos & alios fœminæ quoque ſuccedant, cum nos Aurea Bulla muniti ſimus. Nec poſſunt denique exempla proferri, quod unquam Electoratus per fœminas ad hæredes via juris ſit translatus. Accedit præterea, quod nunquam in S. R. I. duos Electoratus Seculares vel penes unam perſonam vel familiam fuiſſe compertum ſit. Hinc ipſe Sigismundus Imperator, Rex Bohemiæ factus, Marchionatum Brandenburgicum Eriderico Noribergæ Burggravio conceſſit, *quod nollet duos Electoratus & vota duo habere,* ut egregie notavit ipſe *GIOVANNI l. c. p. 14.* Nec ea res ſuis deſtituitur rationibus. Potentia quippe illius familiæ, quæ duos ſimul adminiſtrat Electoratus, haud immerito ceteris Germaniæ Principibus futura eſt ſuſpecta. Itaque & alii Imperatores diligenter caverunt, ne idem Princeps duos obtineret Electoratus & imprimis Sigismundus hanc cauſam allegat, quod Ludovici Palatini & Friderici Brandenburgici, qui Electoratum pro filiis poſtulaverant, petitis obſecundare haud potuerit, nehmlich daß nicht viel gehört, auch fremde wäre, wenn Vater und Sohn ſolten zwey Churfürſtenthum beſitzen. v. *Lit. ſub dato* Ofen *1426.* Quod autem Fridericus Brandb. precibus magis quam imperio Cæſaris locum reliquerit, adeo ab illius temporis conditione rerumque geſtarum fide alienum eſt, ut ſi a quovis alio, præterquam a *GIOVANNI,* dicta eſſent, non poſſint non tum in Cæſaream Majeſtatem tum in ipſam Domum Potentiſſimam Brandenburgicam contumelioſius dicta cenſeri. Nam ut Imperatoris eſt non precari, ſed imperare, ita Sigismun-

mundus imprimis juris & propoſiti ſui erat tenaciſſimus, quemadmodum tum ex verbis ejus ſupra cap. III §. 5 relatis, tum ex ipſis inveſtituræ Literis ſub dato Preßburg am H. drey Kônig Tage 1423 patet, in quibus inter alia hæc leguntur: Wâre es auch, daß Marggraff Friedrich von Brandenburg oder iemand anders, wer der wâre, das Hertzogthum und Lande zu Sachſen gantz eingenommen hette, ſo ſolle Landgraff Friedrich zu Thüringen, mit des Kônigs Hülffe, mit aller ſeiner Macht dazuthun, daß ihm das inn werde, und in ſeine Hânde komme, wie ihm das der Kônig geliehen hat. Ecquis vero Fridericum hunc Brandenburgicum adeo ingratum, ecquis adeo fidei, qua Imperio obſtrictus erat, immemorem crediderit, ut voluntati, imo imperio Cæſaris, a quo nuper beneficium acceperat, refragari novasque in Imperio turbas dare poſſet. Certe nec animus erat optimo Principi, & ſi fuiſſet, vires deerant, quæ nimirum vix rebellibus ſubditis compeſcendis ſufficiebant.

§. IX.

Denique ut pauca quædam de Ludovico Palatino, quem Barbatum vulgo vocant, addamus, is non tam ſuo quam filii Ludovici Manſueti nomine Electoratum poſtulabat, quod tum ex Literis Sigismundi confirmatoriis de dato Ofen 1426, tum e *FABRICII Orig. Sax. L. VII p. 696* & *SPANGENB. Chron. Mansf. Cap. 311 p. 360* patet. Nec jure id deberi filio contendebat, ſed gratiam illi fieri ab Imperatore volebat, id quod luculenter patet ex Literis cit. ap. *HORTLED. L. IV C. 23 p. 611*, ubi non tantum Ludovicum hunc Palatinum, verum & Fridericum Brand. rogaſſe a Cæſare memoratur, ut filiis ſuis feuda Saxonica nuper aperta conferret, ſcilicet ut expreſſe verba concepta ſunt, aus Kônigl. Mildigkeit, Gnade

und

Digitized by Google

und Macht. Ex quibus verbis illud ſimul liquet, Brandenburgicum quoque jure de Electoratu contendere vix auſum. Ceterum Ludovico eadem, quæ Friderico obſtabant, nimirum quod & potiora eſſent Friderici Bellicoſi merita & eidem Principi duos conferri Electoratus neutiquam conveniret. Vid. *Literas cit.*

CAP. IV.

De Dignitatibus, Juribus & Privilegiis cum Electoratu ſimul FRIDERICO BELLICOSO collatis.

§. I.

REmotis, quæ circa legitimam Saxoniæ inveſtituram, Sereniſſimo Friderico Marchioni Miſniæ conceſſam, in medium proferuntur, dubiis, inſtituti ratio nunc poſtulare videtur, ut breviſſime jura & privilegia cum Electoratu ſimul translata recenſeamus & exponamus. Non autem animus nobis eſt ſingula jura, quæ Electores inter ſe communia habent, enarrare, ſed illa duntaxat attingere conſtituimus, quæ huic Electoratui tanquam propria competunt & ſingularem præeminentiam concernunt. Atque hæc quidem ex ipſis Inveſtituræ Literis luculenter perſpiciuntur, in quibus hæc legimus ejus ævi ſermone concepta: Das Churfürſtenthum und Hertzogthum zu Sachſen mit ſamt der Kore, und Ertzmarſchall-Amt darzu gehörende und auch ſuſt mit der Pfalzhuſe und Stadt zu Altſtedte, und der Grafeſchafft zu Brene, die Burggraffſchafft und Grafen Gedinge zu Magdeburg und Halle und mit allen ſeinen Herrligkeiten ꝛc. apud *MULLERUM ad*

ad A. 1425. Quæ eodem fere ordine, additis tantum Landgraviatu & Marchionatu Miſniæ, in Literis inveſtituræ, A. 1442 a Friderico III Imp. conceſſis, recenſentur apud *ALBINUM Chron. Miſn. Tit. 16 p. 215.*

§. II.

Ut itaque de Electoratu primum dicamus, Elector Saxoniæ inter Electores univerſos ſextum, inter Seculares tertium locum obtinet. Equidem in Electione Imperatoris quinto loco votum ſuum profert juxta *A. B. tit. 4* §. *3* & de jure ipſi præcedentiam & ſeſſionem præ Duce Bavariæ, cujus in locum iterum nuper Palatinus ſucceſſit, competere monet Dn. *BECHM. in Exercit. Exot. Jur. publ. p. 502.* Saxonem certe Brandenburgicum Electorem æque ut antehac Palatinum, præcedere extra dubitationis aleam fuit poſitum, ut mirer adeo, turbaſſe ordinem Dn. *GIOVANNI*, qui cum de Electoribus imprimis agere conſtituiſſet, Boruſſicam gentem, quo nomine, neſcio quo autore, Brandenburgicam involvit, primo poſt Auſtriacam loco collocat, hinc Bavariæ, ac poſtea Palatinæ, demum Saxonicæ ac poſtremo Brunſuicenſi familiæ locum concedit, quamvis ea ordinatione tantarum familiarum juribus nequaquam præjudicatum iri plane nobis perſuademus. Ceterum Regiæ dignitatis in Electionis ordine nullam haberi rationem, teſtantur *JACOBUS GOTHOFREDUS de præced. p. 128, 129, RUMELIN. ad A. B. P. III Diſp. I de jure præced.* & Zwanzig *in Theatr. Præced. P. II c. 1 p. 1.*

§. III.

Jam ut ad Archi-Mareſchalli officium pergamus, multi de vocis origine inquirenda ſolliciti ſunt. *GILL. BOIL-*

 LEAU

Digitized by Google

Bernhardus El. Sax. † 1212.

Albertus I El. Sax. † 1260.

- Albertus II El. † 1308.
  - Otto † 1349.
  - Albertus III † 1342.
  - Rudolphus † 1356.
- Joh. I † 1285.
  - Joh. II † 1310.
    - Albertus V.
    - Joh. IV.
    - Ericus ſator ſtirpis Lauenb. † 1338.
- Rudolphus.
  - Joh. III.
  - Albertus IV.

Putat itaque per ſeniorem Saxoniæ Ducem apud Steronem l. c. Rudolphum Alberti II filium, per juniorem vero Johannem IV Johannis I nepotem intelligi. Nec obſtat, quod in ipſis decretis Electorum anno 1314 factis & ab *HERWARTO in Ludovico IV contra Bzovium defenſo* productis *p. 10 & 22*, Johannes Dux Saxoniæ ſenior vocetur, cum ea vox tum non ſeniorem familiæ, ſed Dominum feudi denotaverit. Qualis vera vis vocis *Sennor* apud Hiſpanos, *Signore* apud Italos, & *Seigneur* apud Gallos. Ex quo patet, falſos fuiſſe *CRANZIUM* ipſumque *SPALATINUM & HORTLEDERUM*, qui Ericum I Ludovici IV electionem promoviſſe putant. Vid. *HORTLED. L. IV c. 23 p. 623.* Neque vero inficiari poſſumus, in Guntheri Suarzburgici electione Ericos II & III, patrem nempe & filium, pro Electoribus ſe geſſiſſe, ut Henrici Moguntini literæ Francofurti ea de electione A. 1349 datæ & ab *HORTLEDERO l. c.* productæ teſtantur. Interim tamen & paulo ante A. 1346, vivo adhuc Ludovico Imp. Rudolphus Elector Saxoniæ una cum aliis Carolum IV elegiſſe Imperatorem deprehenditur. Et quamvis Lauenburgici jus aliquod per turbas illas uſurpaverint, illud tamen, Alberti II poſteris continuo contradicentibus, nec poſſederunt quiete, & penitus tandem amiſerunt. Paulo aliter reſpondent *KNICHEN de Jure. Sax. de non appell. p. 36* & *SPA-*

Digitized by Google

SPALATIN. apud HORTL. l. c. Non ignoramus etiam *CRANZIUM Sax. Lib. XI c. 10 p. 290* ſcribere, Lauenburgicæ genti ſemper cum Electoribus Saxoniæ communem fuiſſe titulum. Verum nequaquam Lauenburgicos Duces Saxonicos vocatos fuiſſe, ex ipſis Sigismundi Literis, in quibus Erico Saxoniæ Electoratum nunquam ſe contuliſſe publice teſtatus eſt, ſub d. Ofen A. 1426 vigilia Aſſumtionis Mariæ, patet. In his enim Ericum Lauenburgenſem conſtanter vocat, nunquam vero Saxoniæ Ducem, & obſervavit *SPALATINUS apud HORTLEDER. l. c. p. 617.* Nec majorem fidem meretur, cum *in Sax. L. X c. 23 & L. XI c. 10 & in Vandal. L. IX c. 2* Carolum IV Tangermundæ conſtituiſſe, dubia licet fide, aſſeruit, ut alternis vicibus ad Electionem vocarentur Alberti II & Johannis poſteri. Hujus enim rei non ſolum nullus ejusdem ævi Hiſtoricus mentionem facit, ſed ipſo quoque Imperii Germanici jure ejus generis alternationes prohiberi, exemplo Palatinorum & Bavariæ Ducum demonſtrat *LIMNÆUS I. P. Tom. I L. III c. 10.* Cumque præterea ipſa A. B. contrarium ſancitum videatur, haud erit proclive, Carolum IV legibus a ſe ipſo promulgatis contrarias tuliſſe.

§. IV.

Ecquid vero mirum eſt, Duces Lauenburgicos tot fictis ac fraudulenter excogitatis documentis prætenſioni ſuæ juris ſpeciem addere conatos eſſe, cum Ericus IV ipſi Sigismundo Imperatori perſuadere non erubuerit, quaſi ab ipſo in eum eventum, quando ſtirps Aſcania deficeret, inveſtituram nactus fuiſſet? Cujus in rei teſtimonium Literas inveſtituræ anno 1414 die Luciæ (ut fingit) confectas produxit, publiceque teſtatus eſt, ſe a jure ſuo numquam niſi vi coactum diſceſſurum. Neque enim ignorabat, ſimultaneam inveſtituram jure Saxonico re-

requiri ad ſucceſſionem feudi, v. Lehnr. *C. 5, 21 C. 23, 31 & Conſtit. El. P. II C. 45*, qua deficiente agnatos non ſuccedere in terris Saxonicis, pluribus teſtatur *VULTEJUS de feud. L. II c. 7 n. 54*. Itaque cum majores ſuos ſimultanee de Electoratu Saxoniæ inveſtitos fuiſſe nullo idoneo argumento probare poſſet, ſubreptitiam iſtam inveſtituræ formulam in medium protulit. Sed age ipſam formulam, cum nusquam antehac, quantum nobis conſtat, typis impreſſa prodierit, e *SPALATINI Vita Frid. Bell. MS.* ſubjiciamus: Wir Sigmundt von Gottes Gnaden, Römiſcher König, zu allen Zeitten, merer des Reichs, vndt zu Hungern, Dalmatien, Croatien ꝛc. König bekennen und thun kundt offenbar mit dieſem Briffe, allen denen die ihn ſehen oder hören leſen, daß für Uns kam zu Franckfordt, der Hochgebohrne Hertzog Erich zu Sachſen, zu Engern undt Weſtphalen, Unſer lieber Oheym und Fürſt, da wir ſaßen in Unſer Königlichen Majeſtat gezieret, mit ſolchen wirden undt ſchönheit, als ſich das von Rechte gebührt, und bat uns weiſſiglichen, daß wir Ihm als ein Römiſcher König das Landt zu Sachßen und die Pfalzgraffſchaft zu Sachſen, Engern und Weſtphalen, als den daßelbe Landt und Pfaltzgraffſchafft ſeine Eltern Hertzogen zu Sachßen, auff Ihn und auff ſeine Vettern Hertzog Rudolphen und Hertzog Albrechten, geerbt han, und als Er undt ſie daſſelbe Landt iezunt ſämptlichen undt beſonders innehaben, und beſitzen, geteilt, und ungeteilt, nach ihrer Brieve laut, die Ihre Vettern ſamtlichen gegeben haben, inhaltent das dieſelben Landte unvoruckt nach der einen Tode, auff den andern erben und fallen ſoll; Item die Stadt Mollen undt den Zoll daſelbſt mit ihrer Zugehörung, Item, in dem Lande Lünenburg Zoll und Güter

ter als ſein Eltern auff Ihm, in derſelben Stadt und in dem Lande, geerbt haben, Item in den Landen Weſtphalen und Engern, Schlößer, Gericht, Herrſchafft, Landt und Leut, als ſein Vater auff Ihn geerbet hat, Item, das Landt zu Hadeln und Weſtfrißlandt, mitt der Herrſchafft Boderichs, und das Schloß Ritzebuttel, Item das Land Dorſingeu, das Schloß Lauenborg, Item die Graveſchafft Ratzeburg, Item die Schloßer Ertenberg, Riepenburg, Bergerdorp, Item den Kirchwerder, Item die Elbe mit ſolchen Zollen, als Er darauff hat zu Lauenburg, zu Ertenborg, zu Gieſelingen, und auff der Dollnette und zu Herneborg, als dann die von ſeinen Vater auff ihn geerbet ſindt, Item die Gravſchafft zu Höllſtein und das Land zu Stormarn, die Gravſchafft Schwerin mit ihrer Zugehörunge, Item die Herrſchafft Schawenburgk, Item die Herrſchafft von der Lyppe, Item die Herrſchafft Hoye, Nyenberch, Warmenaw, Bruckhauſen, undt Hademhagen, Wunſtorp, und Verde, das undt die alle vorgenant von Uns, und dem Hayligen Röm. Reich zu Lehen rüren, mit ihren Fürſtlichen Wirden, Ehren, Herrligkeitten, Rechten, Gerichten, Zollen, belegten Geleiten, Manſchafften, Eygenſchafften, Städten, Schlößern, Landen, Leuten, Güttern, Wiltpanen, Bergkwercken, Saltzwercken, und mit allen ihren Zugehörungen Gerichten, gnediglich zuverleyhen. Das haben wir angeſehen das vorgenandten Hertzogs Erichs redliche Bitte und auch nutze, willige, und getreue Dinſte, die ſeine Vorfarn Hertzogen zu Sachſen, Unſern Vorfarn Röm. Königen und Kayſern in vergangenen Zeitten allewegen gethan haben, und derſelbe Erich Uns, undt den Reich zu thuen bereit iſt, täglich thut, undt fürbas

Digitized by Google

das thuen ſoll und mag in künfftigen Zeitten, und haben darum mitt wohlbedachten muthe, guten rathe undt rechten wiſſen, dem vorgenanten Unſern lieben Oheymen Hertzog Erichen, das vorgenannte Fürſtenthum das Land zu Sachßen, mitt ſeiner Fürſtlichen Herrligkeitten, Ehren undt wirden, undt die obgenante Pfaltzgraffſchafft, Graveſchafft, Herrſchafft undt Lande mit ſampt ihren Zollen, Geleiten, Rechten, Gerichten, Mannſchafft, Eygenſchafften, Städten, Schlößern, Landen, Leuten, Güttern, Wiltpanen, Berckwercken undt mit allen ihren Zugehörungen, wie die mit ſonderlichen worten und Nahmen genannt ſind, gnädiglich gereicht undt geliehen, reichen und verleihen ihn die von Röm. Königlicher Macht in Crafft dieſes Briefes, was wir ihn daran von recht wegen leihen ſolten undt möchten, das undt die fürbas mehr von Uns, undt den Reich zu rechten Fürſtlichen Lehn zu haben, zu halten, undt das undt der zu gebrauchen und zu genießen, als den Fürſten undt andern Lehn Recht und Herkum̃en iſt, von jederman ungehindert, doch uns, undt dem Reiche Unſern Mannen undt ſonſt jedermann an ſeinen rechten unſchädlich. Uns hatt auch der vorgenante Hertzog Erich gewöhnlich Huldung gelobt, und Eyde darauff gethan, Uns, undt dem Reiche gehorſam, getreu, undt gewertig zu ſein, und zu thun, undt zu dienen, als dan des Reichs getrewer Fürſte ſeinen rechten Herrn, dem Röm. König, zukünfftigen Keiſer, pflichtig zu thun iſt ohngeferde. Mit Uhrkunde dieſes Brieffs, verſiegelt mit Unſern Königlichen Majeſtat Inſygell. Geben zu Franckfurth nach Chriſti geburt viertzehen-Hundert, und darnach in dem Vierzehenden Jare, am Sanct Lucien tage, Vnſer Reich, des Hungeriſchen rc. in

dem

Digitized by Google

dem 28, Undt des Römiſchen in dem fünfften Jahre. Hæ ſpuriæ ſunt literæ, quibus ſibi deberi Electoratum tantopere prædicabat Ericus. Verum Fridericus, qui Saxoniam jam poſſidebat, ne quid injuria poſſidere videretur, ad Sigismundum Imperatorem ſe contulit, & quæ Ericus poſtularet, narravit. Scribit itaque *SPALATINUS in Vita Frid. Bell.* cit. MS. Derhalben verwunderte ſich der Römiſche König ſehr des unbilligen Vornehmens Hertzog Erichs. Und als ſein übel erlangter Lehn-Brieff geleſen ward, bezeuget der König öffentlich vor allen Fürſten, daß Hertzog Erich den fälſchlich ausbracht hätte. Imo & publico diplomate Budæ anno 1426 teſtatus eſt Sigismundus, Ericum ſub & obreptitie obtinuiſſe literas illas inveſtituræ; cui acceſſit quoque ipſius Protonotarii Cæſarei teſtimonium. Quæ omnia *SPALATIN.* & in *Vita cit.* & in *Chron. de orig. Sax.* ap. *HORTLED.* l. c. p. 615, 616 exhibet: ipſa vero horum monumentorum avtographa in Archivo Electorali, quod Dresdæ eſt, cuſtodiri accepimus. Hæc qui attente perpenderit, Ericum jure rejectum fuiſſe, non dubitabit. Ceterum ſi vel juris aliquid in Electoratum habuiſſet Ericus, hæc tamen res ſola Imperatori ad eum excludendum juſtiſſimam præbuit cauſam. Siquidem crimen falſi, cujus ſe Ericus, productis falſis literis, participem reddidit, non tantum jure civili atrociſſime punitur, juxta titt. *ff. & C. de lege Cornel. de falſis*, ſed noſtris etiam moribus graviſſimæ pœnæ locum hic eſſe JCti, cenſent. Et ipſe quidem *CRANZIUS*, Lauenburgicæ familiæ promachus acerrimus, hujus inveſtituræ mentionem facere non audet, quin potius dubius hæret in *Sax. l. c. p. 290*, utrum per negligentiam non petendi beneficii, an ob aliam cauſam præteriti fuerint Duces Lauenburgici. Ceterum quo jure excluſi fuerint, disquirit & *KNICHENIUS de Jur. Sax. de non appell. Cap. 2* integro.

Digitized by Google

§. V.

Equidem Ericus, cum precibus, quibus juſto ſerius Imperatorem interpellaverat, locum non eſſe intelligeret, quandoquidem dixiſſe fertur Sigismundus: **Was ich einmahl Landgraff Friedrichen in Thüringen verſprochen und deßhalben von mir geſchrieben habe, dabey bleibe ich und Landgraff Friedrich auch**, teſte *MULLERO Annal. Sax. ad A.* 1424; hinc Fridericum Bellicoſum coram Baſileenſi Concilio ſuper Ducatu Saxoniæ, Archi-Mareſchallatu & jure eligendi Romanum Regem anno 1434 convenire auſus eſt. Verum Sigismundus Eccleſiam, in Concilio licet generali congregatam, poteſtatem non habere judicandi cauſas feudales, conſtitutione Ulmæ lata in Comitiis Imperialibus eodem anno declaravit cujus hæc ſunt verba: *Noſtram itaque decet ſolertiam, imprimis quadam Imperii noſtri jura ſervare, quin imo juxta poſſibilitatem Noſtræ facultatis adaugere, prout ex debito ſacramenti fuimus adſtricti. Quod recte conſpicimus, ſi cauſas ad examen Imperialis culminis pertinentes ſub noſtra Juriſdictione conſervemus. Cum itaque Principatus, officium ac jus ſupra dicta a nobis & Imperio noſtro in feudum immediate deſcendant, ac ſecundum juris communis diſpoſitionem, nec non uſum, morem, ſtylum & conſuetudinem S. R. J. feudalis contentio per Dominum feudi ac Pares Curiæ terminanda ſit, liquet hanc quæſtionem, ſi qua prætendi poterit, ad noſtram & illuſtrium Archi-Principum noſtrorum S. R. J. Electorum pertinere notionem.* Vid. *NATAL. ALEX. Hiſtor. Eccleſ. Sec. XV & XVI Parte II p. 224.* Inutilis ergo & hic fuit Erici conatus, qui, nulla jurium Imperii ratione habita, in re feudali, eaque prorſus deſperata, opem a Sacro Senatu fruſtra ſperabat.

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

Jam num jus fuerit Friderico Brandenburgico in Electoratum Saxonicum, quod illi aſſerunt, qui plus æquo jura Brandenburgica extollere cupiunt, diſpiciamus. Equidem ipſum Fridericum ad Electoratum adſpiraſſe, veroſimile non videtur. Nam quod ditiones has ipſamque Electoratus metropolin Vitebergam copiis ſuis inſedit, juſſu & autoritate Cæſaris Sigismundi factum eſt. Qua de re audiamus *PEUCERUM in Carion. Chron. L. V p. m. 998: Fridericus ex Synodo Conſtantienſi profectus ad Marchiam in fidem ſuam accipiendam juramentoque adſtringendam, cum interea deceſſiſſet Albertus Septem-Vir Saxoniæ, poſtremus ex Bernhardi poſteritate, qui Ducis Saxoniæ munus & dignitatem primus apud Fridericum Barbaroſſam virtute promeruit. Quod ergo ille deceſſiſſet, ſimul ditionem Ducum Saxoniæ, cujus eſt caput Witeberga, occupavit, impoſitoque præſidio munivit, ut eſſet & maneret in fide ac patrocinio Imperatoris, qui negabat ſucceſſionem Alberti Patrueli Erico Lauenburgenſi, propter quædam in ipſum contumaciter admiſſa delicta.* Eam ditionem cum dignitate Septemvirali Sigismundus tranſtulit in Fridericum Marchionem Miſniæ, ſed ea conditione, ut de iis quæ in occupandam Imperatoris nomine regionem inſumſiſſet Fridericus Brand. huic ſatisfaceret. Æſtimatum id tradunt viginti octo millibus marcarum argenti. Et conſentiunt cum his, quæ apud *HORTLEDERUM Lib. IV cap. 9. p. 238* leguntur, ubi Johannes Fridericus Magnanimus Saxoniæ Elector ad Henrici Ducis Brunſuicenſis Scriptum ita inter alia reſpondet: Und dieweil viel und mancherley Anſuchen von berührtes Churfürſtenthums wegen bey Kayſer Sigismunden vorgefallen, derohalben er das Land dem Marggrafen zu Brandenburg zu getreuen Händen zu verwalten befohlen: So mag nicht ohne ſeyn, daß unſer

Uhr-Ahn-Herr Fridericus Bellicoſus, gedachten Marggrafen vor ſeine verrechnete auffgewandte Koſten und Schulden biß 20000 Gülden bezahlet hat. Daraus wird aber der von Braunſchweig annoch lange kein Kauff-Geld machen können. Conf. *ALBIN. Chron. Miſn. Tit. 16.* Equidem *MULLERUS Annal. Sax. ad A. 1423* Fridericum Brandenb. has ditiones Saxonum inſtinctu occupaſſe memorat, auf ſelbiger Landſchafft vorher beſchehene Verſchreibung. At idem tamen ſibi contradicere videtur, allegatis ad ann. 1426 Sigismundum Literis confirmatoriis, in quibus inter alias rationes hæc quoque affertur: Weil die gantze Landſchafft von Sachſen auch durch eine erbare Botſchafft inniglich gebeten, daſſelbe Land Hertzog Fridrichen als einem ſolchen mächtigen Herrn zu geben, der ſie könte und mögte verweſen, beſchützen und beſchirmen.

§. VII.

Sed de jure nobis cognoſcendum eſt, Doctiſſimus *GIOVANNI de Regia gente Bor. p. 99 magnum olim in Saxoniæ Electoratum Johannis Alchymiſtæ poſtulatum fuiſſe* cenſet, *qui ſi non ob aliam cauſam, quam ne pater & filius Electores fierent, nuntium A. 1424 huic juri dedit, publicæ eum tranquillitatis, quam commodi domus ſuæ majorem rationem habuiſſe, extra dubitationem ſit.* Pergit deinde: *Certe Wittebergam, metropolin Electoratus, jam in poſſeſſione eundem habuiſſe ſcimus. Et precibus magis quam imperio Cæſaris locum eſſe relictum videtur. Aliud enim eſt fœminam Electoratum regere, aliud Electoratum per fœminam ad maſculos transferri.* Jus vero Brandenburgici p. 14 allegat hoc, *quod Soror ultimi Electoris Alberti III in matrimonio eſſet Johannis.* Verum ut de hoc primum diſpiciamus, Noſter *CERNITIUM* forte ſuæ gentis

tis

tis hiſtoricum aut ignobiliorem certe alium ſecutus, ſororem Alberti III vocat Barbaram, Joanni Alchymiſtæ nuptam, quæ Rudolphi III filia potius fuit. Teſtantur hoc *SPENERUS in Sylloge p. 771*, *CHYTRÆUS Sax. p. 69*, *BROTUFFIUS* Anhält. *Chron. p. 141*, *HENNINGESIUS The. Gen. T. III p. 171* & qui optimos quosque ſecutus eſt, doctiſſimus *HUBNERUS Tab. Gen. 152.* Poterat & prudentiſſimo Viro aliud perſuadere Rentſchius Brand. Ceder-Hayn p. 581 ſeq. ex eo enim liquet, Johanni Alchymiſtæ anno 1401 nato, anno ætatis decimo, h. e. anno 1410 ſeu 1412, conciliante Sigismundo Imperatore, deſponſatam fuiſſe Barbaram, quæ cum ſeptem tum annos nata perhibeatur, natalem habuit annum 1404. Jam ſi Barbara ſoror fuit Alberti III, atque adeo Wenceslai Electoris, qui anno 1388 deceſſit, filia, ſedecim ad minimum poſt patris obitum annis natam atque adeo nimis poſthumam fuiſſe oportet.

§. VIII.

Imprimis vero ponderanda erit quæſtio, cujus jam ſupra mentionem fecimus: an nimirum Electoratus per fœminas poſſit transferri? Reſpondemus negando, multis inducti rationibus. Primo enim in feudis fœminæ reguraliter non ſuccedunt, nec excluduntur modo a ſucceſſione ipſæ, ſed & filii ex ipſis deſcendentes. *C. Quia §. 3 I. F. 1*, *C. Per ſucceſſionem De ſucc. frat. 2 F. 11*, *TIRAQUELLUS de Jur. primogen. Qu. 12 n. 5*, Ritterhuſ. *part. feud. C. 14 Qu. 2*, *MYNSING. C. 5 Obſ. 73*, *BESOLDI de Succ. Lib. I Diff. 14 n. 1.* Si enim præcedens ſucceſſionis eſt incapax, ſequitur, quod ſequens non ſit admittendus, *§. 7 Inſtit. de Legit. agnat. Succeſſ.* *DUAR. de Feud. O. 8. n. 19*, *WESENBEC. de Feud. cap. 6*, *VULTEJ. de Feud. Lib. 1 cap. 9 n. 27*, cum nullus plus juris in alium transferre poſſit, quam ipſe habeat, per jura notiſſima *L. 54 ff. De R. J. L. 14 C.*

14 C. de Donat. Et licet omnes hæredes in inveſtitura vocentur, non tamen ſuccedit fœmina, juxta *STRUV. Syntagm. feud. Cap. 9 Aph. 8 n. 12.* Hoc procedit non ſolum in feudo proprio, ſed & conditionato: *ZAS. in Epitom. feud. part. 8 n. 49,* licito: *VULTEJ. 9 n. 43.* Nec obſtat, quod apud Hiſpanos, Brittannos, Danos, Suecos & alios fœminæ quoque ſuccedant, cum nos Aurea Bulla muniti ſimus. Nec poſſunt denique exempla proferri, quod unquam Electoratus per fœminas ad hæredes via juris ſit translatus. Accedit præterea, quod nunquam in S. R. I. duos Electoratus Seculares vel penes unam perſonam vel familiam fuiſſe compertum ſit. Hinc ipſe Sigismundus Imperator, Rex Bohemiæ factus, Marchionatum Brandenburgicum Eriderico Noribergæ Burggravio conceſſit, *quod nollet duos Electoratus & vota duo habere*, ut egregie notavit ipſe *GIOVANNI l. c. p. 14.* Nec ea res ſuis deſtituitur rationibus. Potentia quippe illius familiæ, quæ duos ſimul adminiſtrat Electoratus, haud immerito ceteris Germaniæ Principibus futura eſt ſuſpecta. Itaque & alii Imperatores diligenter caverunt, ne idem Princeps duos obtineret Electoratus & imprimis Sigismundus hanc cauſam allegat, quod Ludovici Palatini & Friderici Brandenburgici, qui Electoratum pro filiis poſtulaverant, petitis obſecundare haud potuerit, nehmlich daß nicht viel gehört, auch fremde wäre, wenn Vater und Sohn ſolten zwey Churfürſtenthum beſitzen. *v. Lit. ſub dato* Ofen *1426.* Quod autem Fridericus Brandi precibus magis quam imperio Cæſaris locum reliquerit, adeo ab illius temporis conditione rerumque geſtarum fide alienum eſt, ut ſi a quovis alio, præterquam a *GIOVANNI*, dicta eſſent, non poſſint non tum in Cæſaream Majeſtatem tum in ipſam Domum Potentiſſimam Brandenburgicam contumelioſius dicta cenſeri. Nam ut Imperatoris eſt non precari, ſed imperare, ita Sigismun-

mundus imprimis juris & propoſiti ſui erat tenaciſſimus, quemadmodum tum ex verbis ejus ſupra cap. III §. 5 relatis, tum ex ipſis inveſtituræ Literis ſub dato Presburg am H. drey König Tage 1423 patet, in quibus inter alia hæc leguntur: Wäre es auch, daß Marggraff Friedrich von Brandenburg oder iemand anders, wer der wäre, das Hertzogthum und Lande zu Sachſen gantz eingenommen hette, ſo ſolle Landgraff Friedrich zu Thüringen, mit des Königs Hülffe, mit aller ſeiner Macht dazuthun, daß ihm das inn werde, und in ſeine Hände komme, wie ihm das der König geliehen hat. Ecquis vero Fridericum hunc Brandenburgicum adeo ingratum, ecquis adeo fidei, qua Imperio obſtrictus erat, immemorem crediderit, ut voluntati, imo imperio Cæſaris, a quo nuper beneficium acceperat, refragari novasque in Imperio turbas dare poſſet. Certe nec animus erat optimo Principi, & ſi fuiſſet, vires deerant, quæ nimirum vix rebellibus ſubditis compeſcendis ſufficiebant.

§. IX.

Denique ut pauca quædam de Ludovico Palatino, quem Barbatum vulgo vocant, addamus, is non tam ſuo quam filii Ludovici Manſueti nomine Electoratum poſtulabat, quod tum ex Literis Sigismundi confirmatoriis de dato Ofen 1426, tum e *FABRICII Orig. Sax. L. VII p. 696* & *SPANGENB. Chron. Manſf. Cap. 311 p. 360* patet. Nec jure id deberi filio contendebat, ſed gratiam illi fieri ab Imperatore volebat, id quod luculenter patet ex Literis cit. ap. *HORTLED. L. IV C. 23 p. 611*, ubi non tantum Ludovicum hunc Palatinum, verum & Fridericum Brand. rogaſſe a Cæſare memoratur, ut filiis ſuis feuda Saxonica nuper aperta conferret, ſcilicet ut expreſſe verba concepta ſunt, aus Königl. Mildigkeit, Gnade

und

Digitized by Google

und Macht. Ex quibus verbis illud ſimul liquet, Brandenburgicum quoque jure de Electoratu contendere vix auſum. Ceterum Ludovico eadem, quæ Friderico obſtabant, nimirum quod & potiora eſſent Friderici Bellicoſi merita & eidem Principi duos conferri Electoratus neutiquam conveniret. Vid. *Literas cit.*

CAP. IV.

De Dignitatibus, Juribus & Privilegiis cum Electoratu ſimul FRIDERICO BELLICOSO collatis.

§. I.

REmotis, quæ circa legitimam Saxoniæ inveſtituram, Sereniſſimo Friderico Marchioni Miſniæ conceſſam, in medium proferuntur, dubiis, inſtituti ratio nunc poſtulare videtur, ut breviſſime jura & privilegia cum Electoratu ſimul translata recenſeamus & exponamus. Non autem animus nobis eſt ſingula jura, quæ Electores inter ſe communia habent, enarrare, ſed illa duntaxat attingere conſtituimus, quæ huic Electoratui tanquam propria competunt & ſingularem præeminentiam concernunt. Atque hæc quidem ex ipſis Inveſtituræ Literis luculenter perſpiciuntur, in quibus hæc legimus ejus ævi ſermone concepta: Das Churfürſtenthum und Hertzogthum zu Sachſen mit ſamt der Kore, und Ertzmarſchall-Amt darzu gehörende und auch ſuſt mit der Pfaltzhuſe und Stadt zu Altſtedte, und der Grafeſchafft zu Brene, die Burggraffſchafft und Grafen Gedinge zu Magdeburg und Halle und mit allen ſeinen Herrligkeiten ꝛc. apud *MULLERUM*

ad

ad A. 1425. Quæ eodem fere ordine, additis tantum Landgraviatu & Marchionatu Miſniæ, in Literis inveſtituræ, A. 1442 a Friderico III Imp. conceſſis, recenſentur apud *ALBINUM Chron. Miſn. Tit. 16 p. 215.*

§. II.

Ut itaque de Electoratu primum dicamus, Elector Saxoniæ inter Electores univerſos ſextum, inter Seculares tertium locum obtinet. Equidem in Electione Imperatoris quinto loco votum ſuum profert juxta *A. B. tit. 4* §. *3* & de jure ipſi præcedentiam & ſeſſionem præ Duce Bavariæ, cujus in locum iterum nuper Palatinus ſucceſſit, competere monet Dn. *BECHM. in Exercit. Exot. Jur. publ. p. 502.* Saxonem certe Brandenburgicum Electorem æque ut antehac Palatinum, præcedere extra dubitationis aleam fuit poſitum, ut mirer adeo, turbaſſe ordinem Dn. *GIOVANNI*, qui cum de Electoribus imprimis agere conſtituiſſet, Boruſſicam gentem, quo nomine, neſcio quo autore, Brandenburgicam involvit, primo poſt Auſtriacam loco collocat, hinc Bavariæ, ac poſtea Palatinæ, demum Saxonicæ ac poſtremo Brunſuicenſi familiæ locum concedit, quamvis ea ordinatione tantarum familiarum juribus nequaquam præjudicatum iri plane nobis perſuademus. Ceterum Regiæ dignitatis in Electionis ordine nullam haberi rationem, teſtantur *JACOBUS GOTHOFREDUS de præced. p. 128, 129, RUMELIN. ad A. B. P. III Diſſ. I de jure præced.* & Zwanzig *in Theatr. Præced. P. II c. 1 p. 1.*

§. III.

Jam ut ad Archi-Mareſchalli officium pergamus, multi de vocis origine inquirenda ſolliciti ſunt. *GILL. BOILLEAU*

LEAU Annot. a l'intellig. de la Guerre d' Allem. lit. M. Mareſchallatum vel a *Marte* dici putat, quod belli artes noſcere debeat Mareſchallus, vel a *Marca*, quæ regionem notet, quod eum provinciæ, quam ingreditur, probe gnarum eſſe, vel a foro Marckt, quod ea loca, unde commeatus petendus ſit, explorata habere oporteat. Alii a *Polemarcho*, alii a *Martis Seneſcallis* derivant: *AVENTINUS* vero dictos putat *Mareſchalckes* quaſi *Maro ſalicos* i. e. Majores in Sala & Aula. Plures etiam denominationes afferunt *ANT. FURETIERE Dict. Franc. ſ. l. MORERIUS Dict. ſ. l.* & alii. Sed nobis ad veritatem propius accedere *LIMNÆI* ſententia videtur, qui *Tom. I Lib. 3 c. 3 n. 25* inquit: *Mihi de eo conſtat, equum in legibus Alemannorum* Marck *dici*, *(ita lego Titulo 71:* Si quis equo, quem Marck dicunt, oculum excuſſerit, &c.) *equumque hodie nobis eſſe* Mehre *&* Marſtall *equorum ſtabulum, Principum, civitatum aut aliorum; unde Mareſchallum deducere haud mihi videtur incongruum cum B. RHENANO, CLUVERIO Lib. I Antiqu. Germ. Cap. 8, 69, JO. GOROPIO BECANO Lib. 2 Antiq. Antverp. p. 151.* Ejusdem & ſententiæ *ANDREAM FAVYN* deprehendimus, qui in Tr. *des Officiers de la Couronne de France p. 4, 5, 49 & 286* Magiſtrum equitum ea voce deſignari putat, teſtaturque ex *PAUSANIA in Phocenſ.* Gallos olim equum Marcam appellaſſe. Antiquis vero temporibus Mareſchallos in Gallia fuiſſe cuſtodes meliorum equorum, e *GREGORIO TUR. L. 5 C. 48* notat *DION. GODOFR. Hiſtoire des Mareſchaux de France p. 1.* Poſterior ſyllaba Schalck & ipſa ſine dubio Teutonica eſt, ſive eandem pro potente cum *RHENANO*, ſive pro ſervo aut callido cum aliis interpreteris, id quod & putat Autor des Teutſchen Reichs-Staats *p. 440.* Vi hujus officii competit, ut in præliis Imperii vexillum generale ferat, de quo tamen a qui-

Digitized by Google

quibusdam dubitatur. Vid. *BECHM. in Exercit. Jur. publ. p. 503* & *Perilluſtris Autor* des Europäiſchen Herolds *p. 251.* Hæc Archi-Mareſchalli dignitas aliis etiam juribus gaudet, nec ut ceterorum Secularium Electorum munera in ſolis cerimoniis acquieſcit. Conf. illuſtris Dn. *COCCEJUS Cap. 14 n. 14.* Circa Electionem Imperatoris illius officium in *Aurea Bulla tit. 27* ſic deſcribitur: *Primo Imperatore vel Rege ipſo in ſede Regia ſive ſolio Imperiali ſedente, Dux Saxoniæ officium ſuum agat h. m. Ponetur enim ante ædificium ſeſſionis Imperialis vel Regiæ acervus avenæ tantæ altitudinis, quod pertingat usque ad pectus vel antelam equi, ſuper quo ſedebit ipſe Dux & habebit in manu baculum argenteum & menſuram argenteam, quæ ſimul faciunt in pondere duodecim Marcas argenti, & ſedens ſuper equo primo menſuram eandem de avena plenam accipiet & famulo primitus venienti miniſtrabit eandem. Quo facto figendo baculum in avenam recedet & Vice-Mareſchallus Curiæ avenam ipſam diſtribuet.* In campis, ſi expeditio ſuſcipiatur, aut Imperator adveniat, omnibus præfertur ordinesque inſtruit. In Comitiis etiam publicis gladium Imperialem ſive Regalem evaginatum Imperatori præfert in peculiare Majeſtatis ſymbolum. *A.B. tit. 26 §. 3.* Ratione hujus officii gladios quoque decuſſatim poſitos in inſignibus gerit, ſicut *ALBINUS Chron. Miſn. Tit. 16 p. 435* hiſce verbis refert: Der Chur Sachſen Wapen iſt eine Fahne ſo oben ſchwartz und unten weiß, daran zwey rothe Schwerdter überſchwenckt: Daher der alte Reim:

Zwey Schwerdt das Marſchall-Amt bedeuten
Die Wendiſchen Heiden auszureuten.

Horum unum munus Electorale deſignare, alterum teſſeram credit *LIMNÆUS* l. c. & de teſſera allegat *KNICHEN. de Saxon. non provoc. jure verb. elect. C. 1 n. 169.* De ſerto ruta-

114

Digitized by Google

in den Teutſchen Landen hat ein jedes Land ſeine Pfaltzgraffen/ Sachſen hat einen/ Beyern hat einen/ Francken hat einen/ Schwaben hat einen. Dieſe vier Lande waren hievor alle Königreiche. Imo in Hungaria etiam, Bohœmia item ac Polonia certi ſunt Palatini. Vid. *GASTEL. in Statu Europ. pag. 744.* Hodie in Germania Comites Palatini dicuntur ii, qui de Palatinatu ſunt inveſtiti. *BURGOLD. Part. I Diſcurſ. 20 n. 22.* Saxoniæ Palatinatus ſpeciatim Carolus M. fundator perhibetur, quæ dignitas (ut *FABRIC. in Annal. ad A. 1178* refert) a Comitibus Goteſeciis ad Landgravium Thuringiæ & Miſniæ Marchionem Ludovicum III munere Friderici Imperatoris, inde ad Henricum Marchionem hæreditate pervenit. Sed *ALBINUS Chron. Miſn. Tit. 18 p. 193* haud immerito hunc non Saxoniæ ſed Thuringiæ fuiſſe Palatinatum arbitratur. Siquidem, *SPALATINO* teſte, Saxoniæ Palatinatus cum Electoratu demum Marchionibus Miſniæ collatus eſt. Conf. *Literas Inveſtituræ.* Spectat huc inprimis *Gloſſator ad* Weichbild *Art. 16,* ubi hæc leguntur: Das Hertzogthum zu Sachſen heiſſet die Pfallentz und darum iſt ein jeder Chur-Fürſt zu Sachſen allewege Pfaltzgraff zu Sachſen. Conf. utique Zwantzig *Theatr. Præc. P. 71 C. 2 pag. 9 ſq.*

§. V.

E Palatinatu jura Vicariatus nonnulli deducunt, quæ Imperio vacante Sereniſſimo Saxoniæ Electori una cum Electore Palatino competunt. Idque *Aureæ Bullæ* plane conſentaneum eſt, ubi *Tit. 5* Comes Palatinus *Proviſor* i. e. Vicarius Imperii conſtituitur, ratione Comitatus Palatini; cumque eodem plane jure hoc *tit.* §. 2 Saxoniæ Electori Vicariatus jura tribuantur, facile patet, ea, ratione Palatina-

tus Saxonici tribui. Conf. Zwantzig *l. c. p. 11.* Summa Vicariorum dignitas, Majeſtatis faſtigio proxima, ex hoc apparet, quod tempore Interregni Imperatorem fere in omnibus repræſentent, omnibusque præferantur. Brautlacht *Jur. Publ. L. 3 C. 7 n. 9.* In ſpecie autem habent jus nobilitandi, Schütz *d. tr. V. 1 Diſp. 9;* legitimandi *DAN. OTTO d. C. 16 pag. 381;* poteſtatem reditus (ſi qui ſint) colligendi *A. B. tit. 15,* non autem conſumendi. Sprenger *Font. Jur. publ. p. 1190.* Judicia exercent ea, quæ Imperator. Brautlacht *apud ARUMÆUM diſcurſ. Jur. publ. Tom. III diſcurſ. I theſ. 52* monet, quod Palatinus ſolus in Camera Imperiali, ſciente Saxone, etiam in Saxoni ſubjecto judicium exercuerit, idque etiam a Carolo V cum omnium Principum Electorum conſenſu confirmatum extiterit. Vid. *GOLDAST.* in Reichs-Händeln. Verum *LIMNÆUS Tom. I Lib. 3 c. 12 §. 52* obſervantiam obſervantiæ opponit, & quidem recentiorem veteri, conſtare enim ſcribit, poſt mortem Rudolphi II, nec non Matthiæ Imperatoris, non unius tantum Palatini, ſed & Saxonis nomine, additoque ejus ſigillo, Cameram, jurisdictionis quæ ſuæ erant, explicaſſe. Poteſtatem habent ad beneficia eccleſiaſtica præſentandi. Hanc Vicarios exercere ſcribit Brautlacht *Theſ. 64,* primo ratione primariarum precum, 2 ratione juris Patronatus, 3 Dotationis, 4 Præſcriptionis. An de feudo poſſint cognoſcere & diſponere? vid. *A. B. tit. 3,* Reichs-Abſchied *de A. 1521,* §. Aber andere geringe Lehren. *A.* §. Und behalten uns vor. *BUXDORFF. ad A. B. Controverſ. 26.* An habeant Majeſtatem & an in illos committatur Crimen læſæ Majeſtatis? vid. *CARPZ. Pract. Criminal. part. I quæſt. 41 n. 17, RUMELIN. ad A. B. Part. 3 Diſcurſ. 2 n. 7.* Prohibentur autem de Imperio aliquid alienare *A. B. tit. 5.*

Digitized by Google

§. VI.

Hæc de Vicariis in genere; nunc in ſpecie ad Electorem Saxoniæ digredimur, cui Vicariatum a Carolo IV Imperatore ad exemplum Palatini collatum fuiſſe diximus. Conf. *ARUMÆUS Diſc. 3 ad A. B. p. 143.* Jus ſuum olim exercebat in Polonia, Bohemia, Moravia, Sileſia, Luſatia, Sclavonia, Vandalia, Sleſvico, Holſatia, Stormaria, Diethmarſia, Livonia, Lithuania, Samogitia, Marchia Brandenburgenſi & Miſnenſi, Thuringia, ſuperiori & inferiori Saxonia, brevibus, ubi jus Saxonicum viguit. Vid. *GOLDAST. in præf.* der Reichs-Satzung. Cum vero Polonia, Lithuania &c. non amplius finibus Germanici Imperii contineantur, conſequens quoque eſt, Vicariatum Saxonicum ibi ceſſare. In A. B. diſponitur, quod Saxo ibi ſit Vicarius, ubi jus Saxonicum viget, ſed quamvis Saxonicum jus abrogatum ſit in Marchia Brandenburgenſi, Ducatibus Bremæ, Brunſuigæ, Luneburgi, Mechlenburgi, Pomeraniæ &c. nihilominus Vicariatus ad illa loca ſe extendit, cum jus etiam ſumatur pro diſtrictu. *HORN. O. P. Part. 2 p. 35,* Schütz *de Vicariis §. 3.* Neque etiam quærimus, an adhuc Saxonicum jus ibi vigeat, ſed an olim obtinuerit? *BURGOLD. Part. I Diſcurſ. 19 n. 8.* Non autem ſolum Imperatore mortuo, ſed illo quoque abſente (h. e. extra fines Germaniæ degente) Vicariorum vices ſuſtinent Palatinus & Saxo, quod quidem de hoc negat *LIMNÆUS Lib. 3, Aur. Bull. c. 12 n. 12 n. 40* & *in Annot. ad Capitul. Carol. V p. 142,* affirmat tamen rectius *CARPZ. ad L. Regiam. Germ. C. II Sect. 14 n. 9. 1 ff.* & ratio ex A. B. ſtringens adeſt, quod Saxo frui debeat eodem proviſionis jura, quo Palatinus ex privilegio fruitur. Unde *DIETERICUS* quoque obſervat *ad A. B. p. 42,* ineſſe relatum referenti cum omnibus ſuis qualitatibus. Et forte non immerito huc referri poterit exemplum Friderici ſapientis Saxoniæ Electoris, qui tum Maxmiliano

tum

Digitized by Google

tum Carolo V, qui toties a Germania aberat, imperantibus, uſus eſt titulo Imperii Locum tenentis Generalis, quo Vicariatum per abſentiam Cæſaris adminiſtratum, indicari haud dubitaverimus. Certe ipſum Carolum V in Epiſtolis Fridericum ita compellaſſe: dem Hochgebohrnen unſern lieben Oheim, Churfürſten, Rath und Stadthalter, General Fridrichen Hertzog zu Sachſen, teſtantur *MULLERUS Annal. Sax. ad A. 1519* & *Act. Eruditorum A. MDCC p. 411.*

§. VII.

Burggraviatum Magdeburgenſem Electoratui Saxoniæ conjunctum fuiſſe, non tantum ex ipſis inveſtituræ literis FRIDERICO BELLICOSO datis patet, verum & ex iis conſtat, quæ ipſi Principes confraternitatis vinculo cum Saxonibus conjuncti ſub dato Zerbſt Samſtag nach Cathedra Petri anno 1538 ſtatuerunt, ubi inter alia his verbis utuntur: dieweil wir den befinden und dafür achten, daß dem Churfürſten zu Sachßen das Burggraffthum Magdeburg und Grafen-Gedinge zu Halle, damit ſeine Liebde, als ein Churfürſt zu Sachßen von dem H. Römiſchen Reich belehnet und deswegen deſſelbigen Tituls zu gebrauchen zuſtehet, ꝛc. Vid. omnino *HORTLEDER de cauſ. B.G. P.I L.V c.5 p.1104.* Ut adeo non nunc demum Burggraviatus cenſendus ſit Electoratui unitus, uti Autor perſonatus doctiſſimus, *ZACH.* Zwanzig ſibi perſuadet *in The. Præced. P. II C. 2 p. 10*, ubi refert verba e Teſtamento Joh. Georgii I Electoris: Es ſollen unſer älteſter Sohn Johann George als zukünfftiger Chur-fürſt und alle Succeſſores an der Chur die Chur-Würde und Burggraffſchafft Magdeburg haben. Quemadmodum vero Burggraviatus Seculo X ad Comites Stadenſes primum, atque inde ad Billingenſem familiam, ad Walbecenſes,

porro,

Digitized by Google

porro, ac Waldecenſes Comites, ad Plozkenſes, iterumque ad Stadenſes, Groicenſes item & Querfurtenſes, Dominosque de Schrapelau, atque his demum exautoritatis, ad Saxones ſub Rudolpho Saxoniæ Electore pervenerit, alia forte occaſione pluribus oſtendemus. Nunc illud tantum notamus, eundem Rudolphum Burggraviatus jura, quæ avi materni Rudolphi Habspurgici beneficio acceperat, paulo poſt Magdeburgicis pro nongentis marcis oppignoraſſe, ut eſt in veteri *Chron. Magdeb. ap. MEIBOM. P. II p.333.* Conf. *WERNERI Chr. Magd. p. 63 & 66.* Interim præfecturas ad Burggraviatum ſpectantes, Gommern, Elbenau & reliquas Saxones e ſtirpe Aſcania ultra Seculum retinuere, donec poſtremus ex ea familia ALBERTUS III hæc quoque A. 1419 civitati oppignoraret. v. *POMARIUM Chron. Magd. ad h. A.* & *LEUBER* Magd. Stapel Unfug *n. 106, 109, 818.* Etſi vero, ut ſupra diximus, FRIDERICUS BELLICOSUS Burggraviatu quoque Magdeburgico a Cæſare Sigismundo inveſtiretur (namque jus Burggraviatus non minus quam Electoratus conferendi reſervatum fuiſſe Imperatoribus, oſtendit *LIMNÆUS I. P. L. VII C. 31* §. *4*) & ſequentes quoque Electores eo nomine homagium præſtiterint, poſſeſſionem tamen ante JOHANNIS FRIDERICI I tempora haud adepti Saxones videntur. Is vero anno 1538 præfecturas & Jus Burggraviatus a Magdeburgenſibus redemit, atque adeo titulo Burggravii, nequicquam contradicente Archi-Epiſcopo, uſus eſt. Vid. *CHYTR. Sax. L. XV p. 435* & *MULLER Annal. Saxon. ad h. A.* At poſtea cum Electoratu Burggraviatus quoque ad Mauritium pervenit, qui cum urbem Magdeburgum anno 1551 victor ingrederetur, Burggravius a civibus magno plauſu ſalutatus eſt, teſte *BESSELMEIERO Obſ. Magd. apud Schard. T. II p. 538.* Inde jura in Burggraviatum Saxones Brandenburgicis anno 1579 ſolenni pacto ceſſiſſe, nemo quidem inficiatur,

titulum

Digitized by Google

titulum tamen & inſignia una cum quatuor præfecturis non levi quidem cauſa, ut aliquibus videri putat doctiſſimus *GIOVANNI Sax. p. 76,* reſervatum Saxonibus fuiſſe, ex ipſis verbis receſſus patet: Nachdem des Tittuls Burggrafe zu Magdeburg halber Bericht geſchehen, daß im H. Röm. Reich 4 Burggrafen und ein Burggraff zu Magdeburg ein ſonderer Standt des Reichs, daß auch daſſelbe Burggraffthum zu Magdeburg auff ſondere Aempter, welche auſſer des Stiffts Magdeburg gelegen, ausgeſetzt und fundiret ſey, Gommern, Ranis, Elbenau, Gothau und der Churfürſt zu Sachßen ſich derhalb des Tittuls Burggraff zu Magdeburg mit den dazugehörigen Wappen, und daß S. L. und derſelben Erben und Nachkom̃en das Burggraffthum Magdeburg mit ſeinen darzu gehörigen Aemtern herführe, von H. Röm. Reiche ſolten zu Lehn empfahen, nicht begeben kan, ꝛc. Vid. *HORTLED. T. I L. V p. 1221.* Atque hæc quidem cur Autor non viderit, cum ex iisdem literis jura Brandenburgicis ceſſa l. c. extolleret, magnopere miramur. Sed manum de tabula. Neque enim conſtitutum nobis eſt jura & prærogativas Domus Saxonicæ accuratius expendere, quod eorum eſt, qui hoc ex profeſſo agunt. Nobis hic ſubſiſtendum utique putamus; unum addentes: *Servet Deus Regem potentiſſimum* FRIDERICUM AUGUSTUM! *Servet Sereniſſimum Principem Juventutis cum Regia familia univerſa! Servet Academiam a* FRIDERICIS *fundatam, ornatam, amplificatam!*

COROL-

Digitized by Google

COROLLARIA.

I. Natura eſt Principium Juris Naturæ.

II. Non datur Jus gentium.

III. Teſtamenta ſunt Juris Naturæ.

IV. Fur rupto laqueo iterum eſt ſuſpendendus.

V. Actio ad damnum reſtituendum noſtris moribus uſitata non ex Lege Aquilia, ſed juræ naturæ potius deſcendit.

VI. Non poteſt ex A. B. probari, quod in Electoratibus ſola legitima Tutela obtineat.

VII. Carolus IV Regi Galliæ non Dominium ſed Vicariatum Regni Arelatenſis conceſſit.

VIII. Imperatori competit Dominium directum Status Eccleſiaſtici & Regni Neapolitani.

IX. Electores mittunt ad Imperatorem Legatos primi Ordinis.

ERRATA.

Pag. 14 lin. 2 lege *peremerat.*

Pag. 16 lin. 18 lege *Miſniam.*

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO
JUVENI GENEROSISSIMO DOCTISSIMOQUE
JO. GEORGIO DE PONIKAU,
EQV. LUS.

S. P. D.

JO. BURCHARDUS MENCKENIUS.

Cum plures hoc tempore e nobiliorum Juvenum cœtu haud perfunctorie Muſas colant, inque intima doctrinarum penetralia perrumpere geſtiant, Te quidem inter præcipuos, Vir generoſiſſime, incredibili in bonas literas profundioremque doctrinam ſtudio ferri, ha-

Digitized by Google

hactenus non ſine ſumma animi lætitia, plauſuque & congratulatione perſpexi. Ecquis enim non Tibi, ecquis non patriæ impenſius gratuletur, qui & ingenio Te haud mediocri præditum, & iis formatum a pueris atque inſtitutum litteris noverit, quæ ad magna quæque graſſanti non minus adjumento eſſe queant, quam ornamento? Ita vero cum optime inſtructus noſtram ingreſſus es Academiam, tantum abeſt, ut ab amore, quo nunquam non complexus es litterarum ſtudia, quicquam remiſeris, ut potius Te iis litteris, quibus hæc ætas commendatur & extollitur, prorſus addixeris ac prope dicam, immerſeris. Neque vero vel mihi, vel aliis, qui in fingenda poliendaque juventute operam collocant, celari diu potuit mirus ille ardor Tuus, quo ſeveris æque ac elegantioribus ſtudiis inhias ac tantum non inſidiaris: mihi certe eam in ſcholis meis hiſtoricis aſſiduitatem probaſti, ut e pluribus Te unum deſideraverim nunquam. Cumque adeo ſponte atque ultro a me poſceres, ut Tecum in hunc campum deſcenderem, optaremque materiam, in qua eruenda præcipuas ingenii vires exerceres, propenſiſſima voluntate Tibi obſecutus, rem ingenio Tuo dignam & huic quoque tempori accommodatam exiſtimavi, ſi quædam de FRIDERICO BELLICOSO, *Academiæ noſtræ, cujus proxime inſtant jubila, ſtatore*

tore